Armarij

REGVLATIONES
ARMARII

PERUGIA

Decisiones nullus comitatinus ut qui desiderat apparere in comitatu Perusij possit ... ad eiusdem beneficium ... Ann. 1449 die 17 julij ...

De ... laboratores ... fol. 36.

Quomodo ... ponentes in cat.° novo ... bona ... per ... quid non ... quid est tacere fol. 41.

Possidere bona ... albitrarius R. 17 fol. 9

Quod mariti tenentur ... ad solutionem libre fol. 41

Quod cives debent infra duos menses se scribi facere in armario. fol.° 33.

Contra fraudantes ... fol. ... executio fol. 42

Quod nulla mutatio libre fiat ... officialium Rub. 3.

Pena excomunicationis contra notarios negligentes. fol. 42

Hereditas alicuius debet ... cum ... ut rub. 21.

Notarij tenentur ... defraudantes ad ... damnum fol 42

Quod nulla universitas possit inducere testes ... universitates in eius favorem. Rub. 13

Quod unusquisque teneatur ... ubi habitat. Rub. 8.

Non habet locum ... morbus ... libertatis. Rub. 46

De dotibus ... Rub. 17

+ De modo ... libre inter ... Rub. 20

Quando ... mulieres cives ... Rub. 21. e contra fol.° 16

Circa divisiones ... fol. 40

Rub. 33. fol. 16. Rub. 54 ...

Quod notarij non debeant aliquo ... colore ponere ... in cat.° nisi prius habita fide ...

Quod nulla mutatio libre ... Rub. 3

Circa divisiones facien... fol. 40

salarium officialium fol. 48

Tertia pars ... applicata ...

Judei tenentur ...

Quod nullus possit ... cives ... fol. 30

A

Absentator et mortuor. libra cassen ad rel. Sind. Croy. R.ca 15. f. 8.
Allibrany Penurj nd possit cogi p.do ni tecued ad remitteny residentiy R.ca 25. f. 12.
Allibrans in duobus lociis reducag in uno R.ca 26. — f. 13.
Allibrari in aliqua Vniuersitate teneanty ad onera eiusd. R.ca 51. — f. 27.
Additio ad fariery eleuare libras in fraude Casati R.ca 52. — f. 28.

E

Elect.e et offo Offlium Armarij R.ca 1. — f. 1
Eleuat.e et posit.e libre R.ca 2. — f. 3
Erronibus mensurand.s [illegible]erigery R.ca 14 — f. 7
Erroribus corrigendy [illegible] R.ca 40. — f. 20
Elect.e et offo [illegible] sen ponerj Armarij R.ca 48. f. 26

B

Bona allibrari debeant possidentiby R.ca 33. — f. 16
Bona que possidenty extra Comitatus Penurj R.ca 47. — f. 25
Bando sopra li Loemen de forni de quelli che nō san no in commune — f. 47.
Bulla Sixti 4. sup. causationib. condemnatio.nes — f. 47.
Bulla in eady materia — f. 44
Bannim.ti quod nō possint cassari Condemn.es nisi ex tra Prove fiscali. — f. 45
Bona describany secundus valores decimarum quod in aliys Catastis — f. 57.
Bona nō amplius describany secundus pretium emptionis sed secundus pretium quo reperiuntur estimata in Catastis et alignari traditum eiusd. rle bapticey f. 55.

F

Filij familias quomodo allibrenty R.ca 22. — f. 10
Familia absentaur, mortuor et pauper, cassetur R.ca 30. f. 13
Filij forentium allibrenty in libro Ciuium R.ca 37. — f. 19
Forenses quatr admittanty ad Ciuilitatem et intra quod tempus R.ca 42. f. 21.
Forensis qui nō fuerit acastatus et habitauerit 20 annos non pos sit habere, uel exercere aliquod officium R.ca 43. — f. 22.
Forensis faciens Ciuis nisi si registrary in Canc.ria, nō gaudeat R.ca 44 f. 23.
Familia mortua et absentata R.ca 45 — f. 25
Fraudantiu poena applicatio — f. 42.
Forestieri li acatastino ma paghino Ciuili — f. 52
Forestieri habitanti in contado e possedenti beni devono alli brarsi dove hanno la maggior parte de beni — f. 52
Forestieri fatti Cittadini e nō habitando la Città devono descri versi ma paghino Ciuili — f. 53

C

Comitatenses possint allibrari ubi habitant in comitatu R.ca 5. f. 5.
Comitatensis nō habens libras possit allibrari R.ca 25. — f. 13
Ciues originarij qui sint R.ca 45. — f. 24
Comitatensis debet allibrari ubi habitat R.ca 53. — f. 28.
Ciues creati debeant intra duos menses exhibere in Arm.o eor. priuilegia f. 32.
Ciues Creati nō teneantur leges Ciuitatis sorum calli a Cent. lib. f. 39.
Capitulum Calixti Pape quod nō cassentur condemnationes nisi ad tri buendo pacis — f. 46.
Chi si chiedendo deue fare il Catasto dove li haueua nō hauendo be ni, o hauendoli dove hanno la maggior di quelli. — f. 52.

G

D

Domiby que nō pensionanty eleuant et que pensionanty ponenty R.ca 6. f. 4.
Domus pensione assignanda et ponenda R.ca 7. — f. 5
Domiby vacantiby et usu fructiby ear. ponenty R.ca 17. — f. 9
Domus quas habent alii ars exercent debeant allibrari R.ca 16. — f. 9
Decretus Patriarche Antiochem. sup. Colonis Ciuiy — f. 36
Declaratio facta sup. eisd. Colonis per A.O. Priores — f. 36.
Decretum Card.lis Salelli sup. diuit.e boner. ed excommd. — f. 40.
Decretus R. Epi Camerarij quod bona paratiz pro illa ure se cundus estimat.nes facty in Catastis ante 4 proced.les facte de d.o Sulija — f. 50
[illegible] quod nullus describaty in loco et Spu — f. 51.

H

Hereditas que alicui remanet eidem poni debet R.ca 11. — f. 6.

I

Judei debeant allibrari — f. 33.
Judeorum allibrandorum confirmatio facta per Nicolaum V. — f. 35
In contractionibus fiendis emmientibus debent uti Armarij quatmer pro qualibet libra pro remittis scriptis et pro Piesarij pro me — f. 35
Reverendissimi Patriarchi Antiocheni — f. 36

L

Libra faciendi non habentibus R.ca 35. — f. 18
Libra qualibet augeant R.ca 41. — f. 21.
Libri de forensibus et cuentur ultra ura — f. 52

M

Mutatio libre ne fiat sine licentia R.ca 3. — f. 3.
Molendinis et Gualcherijs ponendis R.ca 5. — f. 4
Modus cassandi libras inter vendentes et ementes R.ca 20. — f. 9
Mulieres Civium uxores comitatensium quomodo allibrentur R.ca 21. — f. 10
Mariis generis ponantur in catastro R.ca 24. — f. 10
Modus retinendi officiales et eorum notarios circa eorum officium R.ca 54. — f. 29
mandandi et [illegible] quod non convertuntur condemnationes ubi q[illegible] et esente [illegible] partis cum notarijs Armarij — f. 50

N

Notarij Armarij possint facere correct. et alias scripturas R.ca 10. — f. 6
Nobiles allibrari in comitatu allibrentur in Civit. R.ca 12. — f. 7
Notarij Armarij non possint aliquid describere inter Cives et — f. 30.
Notarij augere ab bona possidentes separatas facere libras R. [illegible] — f. 31.
Nullos qui sunt duodecim annos non solvit onera imposita possint ad Civilitatis beneficium ex constitutione — f. 31.

O

Officiales Armarij teneantur dividere libras bonorum divisorum R.ca 23. — f. 11
Officiales pro omni die computentur in Armario R.ca 27. — f. 13
Officiales non teneantur libras facere cuicumque petenti R.ca 32. — f. 15
Officiales forenses non debent intromittere in causis Armarij Rub. 36. — f. 19
Officialium Armarij depurando, et officium — f. 25.

P

Pena facientis elevari, aut fieri libras in fraudem Catasti R.ca 36. — f. 18.
Privilegia et [illegible] Pensioni exemplari R.ca 32. — f. 14
Preti debeant allibrari [illegible] — f. 52.

Q

Quilibet allibrari debet in Porta et Par.ta ubi habitat R.ca 24. — f. 11
Quomodo fiat libra Civibus et Comitatensibus R.ca 38. — f. 20
Qualiter corrigantur errores calculi R.ca 39. — f. 20
Quicumque debet allibrari ubi habitat — f. 41.

R

Res empte debeant allibrari secundum quantitatem pretij R.ca 19. — f. 9

Universum territorium est tributarium n°. 60. stat. Rub. 69. ubi etiam de bonis emptis per personas immunes et facit ad dictam dispositionem de territorio Oppidis Bart. in l. rescripto. ff. secund. circa fin. ff. de munerib. et honor.

S

Salarium notariorum Romanis ex cassationibus condemnationum R.ca 34 — f. 13.
Summus summarum casalium fieri per officiales R.ca 49. — f. 26
Sindicus maior non habeat cognitionem de causis casalium R.ca 50. — f. 26
Supplicationes fiendae Illustrissimo Senatori super solutione ex denariis pro qualibet littera condemnationum faciendarum et solvendi — f. 45.
Et conviniendum super pro — f. 46.
Subsidij Frvulani solvendo adesse per subsidium 2us — f. 53.

T

Terreno quod tollitur per alluvionem elevando, et quod redditur per, R.ca 4. f. 3.

V

Universitates non graventur pro absentibus et gravantibus nisi certo modo R.ca 9. f. 6
Universitas non possit reducere terras de sua universitate R.ca 13. f. 7
Ville habentes quinque tantum forulanum debeant aggregari Villis propinquioribus — f. 47.

Z

DE ELECTIONE ET OFFICIO OFFICIALIUM ARMARII COĪS PERUSIAE.

℞ca: I.

QVONIAM expedit pro honore Communis Perusij, et pro utilita-
te et commodo Spectabilium perſonarum, quod ad cuſtodiam Armarij
librorum Communis Perusij ſint et esse debeant boni, idonei et legales
uiri, ad hoc ut in ipſis libris et ſcripturis nulla fraus possit cómittj,
aſportari corrumpi uel uitiari. Statuimus et ordinamus quod dein-
ceps ad cuſtodiam dictorum librorum et ſcripturarum ponantur et
eligantur et eligi debeant duo boni, idonei et legales Viri de Ciuitate
Perusij et de populo perusino ad ſachettum et per formam ſachet-
ti, et de ſacculo extrahantur et publicentur, et extrahi et publicari
debeant in Conſilio populi de ſex mensibus in ſex menses, qui bo-
ni homines teneantur et debeant reſtituere libros et claues dicti Ar-
marij, et ea quae ad eos peruenerunt ratione dicti officij Successorib;
eorum infra octo dies proximos poſt finitum eorum officium, cum
inuentario quod fecerint ut infra. Et quod Domini Priores, et
Camerarij Artium Ciuitatis Perusij, qui pro tempore fuerint, quo-
ties eis placuerit habeant Authoritatem, Arbitrium, et Baliam eligē-
di unum uel duos bonos et legales Viros et etiam duos Notarios ſuf-
ficientes, qui Notarij ſint experti et consueti esse in dicto Armario
qui debeant facere et ſcribere inuentarium de omnibus libris et
ſcripturis ligatis et condemnationum et abſolutionum factarum et
datarum per quoscunq; Officiales Communis Perusij a sexaginta

annis citra, qui et quæ reperirentur in dicto Armario. quod inventa-
rium debeant perfecisse infra tempus eis dandum per Priores et Came-
rarios in cartis membranis et autenticare: quod inuentarium semper
debeat ibi remanere: Et teneantur Officiales dicti Armarij sic factu-
re asignare et poni facere, et quod semper per Notarios principales —
dicti Armarij pro tempore futuro in dicto inuentario semper libros-
quos ipsi receperint tempore eorum officij. Et de condemnationib;
et absolutionibus describi et registrari facere, et sic facere teneantur
successoribus in successores sic procedat, ad quod inuentarium facien-
dum et perficiendum teneantur dicti boni Viri et Officiales qui eligẽ-
tur ut supra. Et habeant et habere debeant dicti boni viri, et dicti
Notarij electi ad dictum inuentarium faciendum a Massarijs Cois
Perusij pro eorum salario illud quod declarabitur per dictos Dnos
Priores et Camerarios pro quolibet eorum incontinenti post reas-
signationem dicti inuentarij. Quod salarium eis et cuilibet eorum
Massarij Communis Perusij pro eorum salario illud quod soluere
teneantur sine alio precepto uel mandato authoritate uel mandato —
presentis legis uiso solum ordinamento dictorum Dominorum priorum
et Camerariorum etiam in dicto inuentario aliqualis fiat mentio —
de tenore cuiuslibet libri et de tempore et nominibus Potestatis et Ca-
pitanei et aliorum Officialium. Qui boni homines et Officiales et Nota-
rij deputandi ad dictum inuentarium faciendum teneantur et debeãt
dictum inuentarium perfecisse infra tempus eis datum per dictos Do-
minos Priores et Camerarios pena dictis Officialibus et Notarijs si ne-
gligentes fuerint in predictis, et dictum inuentarium nõ perfecerint

: infra:

infra dictum tempus pro quolibet eorum . CC . libr. denarioru. Qui-
boni homines et Officiales Super Armario de ipsis libris faciant copiam
omnibus petentibus et uolentibus : Et non sinant dicti Officiales Arma-
rij quod dictum Armarium intrent aliquę gentes simul Sed semper ui-
deant et sint presentes quando fecerint copiam aliquorum librorum du-
modo non permittant aliquo modo quod aliqui libri extrahantur de
dicto Armario ad petitionem Potestatis uel Capitanei uel alicuius alte-
rius personę pena Vc. libr. denariorum pro quolibet eorum et quali-
bet uice qua contrafecerint ipsi uel alter eorum, et de hoc expresse de-
beant Sindicari saluo de Scripturis quae permittuntur extrahi per for-
mam alicuius Capituli contenti in presenti uolumine. Et saluo quod
liber ordinamentorum possit extrahi cum licentia Dominorum Prioruz
artium saluo insuper tempore renouationis sacculorum quo possint ex-
trahi libri insacculatoribus opportuni . Qui boni homines et Officia-
les Armarij habeant pro eorum salario et labore pro quolibet eorum
de sex mensibus in sex menses duodecim florenos auri a Massarijs
Communis Perusij authoritate presentis Statuti sine aliqua apodixa — Salarium officialium Armarij.
precepto uel mandato. Et uolumus quod ab ipsis bonis hominibus
sint duo Notarij eligendi per uiam et modum Sachetti, per Officia-
les qui erunt ad componendum alios Sacculos officialium dicti Co-
munis et sint principaliter notarij dicti Armarij. Et quod dicti no-
tarij durante dicto officio non habeant aliquod aliud officium co-
munis perusij uel ab ipso Communi uel Officialibus ipsius comunis
nisi aliud habuerit per uiam Sachetti sub pena C. libr. den. quę de
facto debeant auferri facta probatione quod aliud officium recipiat,

uel acceptent per maiorem Sindicum Cómunis Perusij auferenda.
Et quòd Sindicus maior communis Perusij teneatur et debeat inqui-
rere et inquisitionem facere de predictis et sindicare debeat dictos of-
ficiales et notarios secundum formam ordinum loquentium de officio
dicti Sindici siue perceperint salarium pro dicto alio secundo officio
à communi Perusij siue non. Et quòd dicti Notarij et Officiales co-
gantur ad acceptationem dicti Officij per Potestatem et Capitaneũ in-
fra tres dies à tempore publicationis siue electionis factę de dictis of-
ficialibus. Et quòd notarij qui fuerint ab uno anno citra non possint
poni uel eligi in dicto officio ipsi uel aliquis de domo eorum simul ha-
bitans cum eo deinde ad tres annos. Et quòd dicti officiales et nota-
rij continue mane et sero stare debeant in dicto Armario et sui co-
piam exhibere omnibus uolentibus aliquid inde habere, et copias et
scripturas eorum facere: Et quòd in dicto Armario esse debeant quinq;
Notarij singulis sex mensibus ad copiandum et exemplandum scripturas
in dicto Armario existentes et copiam exemplandi petentibus: Qui quinq;
notarij insacculentur deinceps et de sacculis extrahantur .s. unus pro
põr. et semel tantum possit quilibet notarius in uno sacculo insaccula-
ri et non ultra, et recipere debeant pro eorum mercede et salario pro
scriptura cuiuslibet libri carte duos soldos et sex denarios ad plus, Et q̃
carta quelibet ad minus sit quadraginta uirgulorum, et quòd quoties-
cunq; aliquis ciuis uellet suum catastrum uidere et legere teneantur
dicti Notarij copiam librorum exhibere absq; aliqua solutione ut le-
gere possint sub pena decem librarum denariorum pro quolibet notario
requisito contrafaciente; que pena sibi de facto debeat auferri per
: maioré :

maiorem Sindicum Ciuitatis Perusij cuius penę dictus Officialis habeat quartam partem et ſi plus acceperint ſoluant nomine penæ pro qualibet uice qua contrafecerint et quolibet eorum xxv. libras denariorũ. Et ſcripturis exemplandis et extrahendis de dicto Armario quæ ſient per dictos copiatores adhibeatur plena fides quemadmodum daretur originali ſcripturę. dummodo ſubſcribi debeat et publicari, manu unius ex notarijs principalibus dicti Armarij, qui pro dicta ſubſcriptione aliquid petere uel accipere non preſumant ſub dicta pena, quas ſubſcriptiones facere teneantur et debeant dicti principales notarij ad petitionem cuiuscunque petentis ſub dicta pena. ^

In statuto sunt additiones P.o fol. Rub. 97.

De eleuatione et poſitione libræ:-

Rub.ca II.

ITEM ſi aliquis Ciuis uel Comitatenſis Peruſinus uendiderit omnia ſua bona uel rem aliquam immobilem qua uendita nihil immobile ſibi remanſerit ſi uoluerit et petierit coram Officialibus Armarij ſe et eius cataſtrum et libram et omnia ſua bona tolli caſſari et eleuari et dicto Cataſtro poſſint dicti Officiales talia bona uendita uel in alio quocunque tranſlata emptoribus ipſarum rerum uel alio tituſo ipſas res acquirentibus ponere et accataſtrare in eorum Cataſtro et libra et ipſis poſitis et accataſtratis de libro et cataſtro talium uendentium uel aliter tranſferentium omnia ſua bona eleuare et caſſare, et ex officio cataſtrum et libram facere teneantur, Vz ſi fuerit Ciuis quindecim libr. ad groſſam, et ſi fuerit Comitatenſis quinque libr. ad groſſam ita quod nullus ſine cataſtro debeat remanere. - ^

fol. 18 Rub. 32

Saluo quod ea quae dicta sunt de libris ex officio fiendis non uendicent sibi locum in focularibus mortuis et absentatis ad quorum cassationem et eleuationem procedi possit et debeat prout in presenti uolumine est prouisum.

Quod nulla mutatio librae fiat sine licentia Officialium. R. ca. III.

ITEM quod nulla mutatio, diminutio, uel augumentatio, cancellatio uel descriptio de nouo uel aliquid aliud posset fieri de aliqua libra catastro seu extima alicuius nisi de presentia consensu et uoluntate Officialium dicti Catastri qui pro tempore fuerint uel alicuius seu aliquorum ex dictis Officialibus dicti Catastri, et nisi primo ipsi uel alter eorum declararent et decernerent, talem diminutionem augumentum cancellationem seu ascriptionem debere fieri secundum formam statutorum et ordinamentorum loquentium de dicto catastro.

De terreno quod tollitur per alluione aquarum eleuando, et quod redditur ponendo. R. IIII.

ITEM quod si per inundationem uel alluuionem uel aquarum impetum terrenum uel domus uel aliqua alia res alibrata seu accatastrata alicui seu aliquibus tolleretur in totum uel in partem occuparetur quod facta fide legitima de predictis per quattuor uel quinque testes fidedignos de libro et catastro eius cuius fuerit in talis ablata aut occupata ex causa predicta eleuent et remoueant in totum uel in partem prout talem rem ablatam uel occupatam constiterit.

rit. Et si alicui aliquod terrenum accreuerit per alluuionem uel flumi-
nis redditam ponatur tale terrenum et addatur ei cui accreuerit in
Comitatu Perusij et inquantum accreuerit. Et ille cui accreuerit uel
obuenerit uel sic acquisiuerit terrenum predictum teneatur assignare
infra sex menses a tempore quo sic ut dictum est acquisiuerat modo
predicto, qua assignatione facta predicti Officiales teneantur facere dic-
tum terrenum mensurari et estimari expensis assignatis secundum quam
estimationem in catastro ponatur et accatastretur pena non assignanti
et Officialibus in predictis negligentibus centum libr. den. pro uice qua-
libet qua fuerit contrafactum. Item uolumus et ordinamus quod si per
impetum aquarum ducerentur legnamina alicuius et essent aprehensa
uel retenta per aliquem uel in re alterius remanserint quod esse de-
beant illorum quorum erant et restitui soluta competenti mercede illis
qui apprehenderent dicta lignamina. Item quod dicti Notarij prin-
cipales Armarij facta probatione alicuius petitionis super alluuio-
nem aquarum non possint facere aliquam cassationem nisi unus ex
officialibus et unus ex dictis notarijs principalibus personaliter acces-
serint ad uidendum talem alluuionem, et similiter debeant inuestiga-
re si cui terrenum accreuerit et ponere et addere cui accreuerit et
aliter et alio modo facere non possint.

De molendinis et gualcherijs ponendis et acatastrãdis. Rꝛ ca. V

ITEM quod si pro tempore uenturo aliquis de nouo edificaret aliquod
Molendinum seu Gualcheriam, in aliquo flumine, riuo uel fossato quod

postquam inceperit macinare molendinum et Gualcheria gualcare talis cuius esset teneatur et debeat notificare officialibus super Armario et Catastro Communis Perusij in dicto Armario infra mensem et ipsi Officiales teneantur et debeant sibi Domino talis molendini et gualcherie ipsu molendinum siue gualcheriam alibrare et accatastrare prout uiderint conuenire scito per eos prius fructus siue eo quod fructare possit ipsum molendinum et gualcheria. Et si contingeret aliquod Molendinum uel tale gualcheriam deficere uel adeo destrui quod fructus et redditus ex eis non percipiatur quod eo casu debeat estimatio talis molendini uel gualcherie tolli et cassari de catastro et libra eius cuius fuerit facta coram dictis officialibus Armarij fide legitima de predictis: Et predicta locum habeant in habentibus dictum molendinum et gualcheriam quae in eoru catastro poni et describi fecerint.

additione in statuto p° vol. rub. 101.

De domibus q̄ non pensionātur eleuandis et q̄ pēsionāt ponēdis. R̸ca: vj:

ITEM quod domus seu Camere alibrata uel alibrate ratione pensionis pro tempore quo non pensionarentur eleuentur et minuantur de libra illius cui allibrata fuerint, facta fide de predictis per quattuor uel tres testes de uicinia qui deponant de publica uoce et fama per proprium iuramentum et secundum deliberationem fiendam per dictos officiales catastri. Et si qua domus uel Camera que esset alibrata ratione pensionis locata fuerit et pensionata minori pretio et quantitate quod talis domus uel camera in dicta estimatione defalcari et minui possit et debeat ita quod eius estimatio remaneat attenta mercede et pensione ipsarum, Estimari debeant hoc modo:

modo uidelicet ſita et ſitę in platea Communis Peruſij et in supramuro pro
quibuſlibet quinq; libris quantitatis quam aliquis ex predictis domibus
cameris et locis pensionaret . C. libr. denar. Sitę uero in strata regali Ci-
uitatis Peruſij allibrentur et eſtimentur pro quibuslibet ſex libris pensio-
nis . C. lib. den. Sitę uero in alijs quibuscunq; locis eſtimentur et accata-
ſtrentur pro quibuſlibet ſeptem libris pensionis ipsarum . C. libr dena. &
quod quilibet qui uoluerit in futurum pensionare uel pensionauerit aliquam
domum uel cameram uel locum non assignatam nec ſcriptam uel que
propter pensionem uel artem exercendum in ea relicta fuiſset teneatur
et debeat infra mensem ipsam domum cameram uel locum pensionaue-
rit assignare Officialibus Armarij dicti Cataſtri, quem dicti officiales
cataſtri ſcribere ſeu ſcribi facere teneantur et ipsam et ipsum eſtimare
ſecundum formam predictam et si eam uel eum non assignauerint ut
dictum eſt, puniantur in xxv. libr. den. Et nihilominus predicta
assignare teneantur, et sibi aſcribatur. Statuimus insuper quod nulla
domus uel camera possit adiudicari nec in ſolutum dari alicui creditori
ſecundum dictas eſtimationes ſed eſtimari debeant ac si non eſsent eſti-
matę ſecundum formam capituli de exequutione inſtrumentorum con-
feſsionatorum .

De penſione domus aſſignanda et ponenda. Rca. VII.

ITEM quod si aliquis domum ampliori pensione locauerit, alienam
non minori pensione conduxerit tantum minus debeat assignare quantum
eſt illud quod pensionis nomine pro aliena domo soluere eſt obligatus.

Et ille qui pro domo sua predictam pensionem receperit in suo catastro addere et assignare cogatur infra terminum et sub penis superius assignatis.

Quod Comitatenses possit allibrari ubi habitant in comitatu. Rubrica: VIII.

p. f. Rub. 13 / fol. 28

ITEM si contigerit aliquem allibratum in aliquo castro uel uilla ire ad habitandum ad aliquem alium locum castri uel uille Comitatus, et ibi continue per duos annos habitauit et domum propriam habuit quod possit petere coram officialibus Armarij se alibrari uel acatastrari in loco ubi habitat habuerit maiorem partem bonorum suorum et se eleuari et eius libram cassari de loco unde discessit. Item ad remouendum uarietates que inter comitatenses plerunque oriuntur occasione habitationis et residentie quam non habent ubi sunt allibrati et acatastrati, Statuimus et ordinamus quod omnes et singuli Comitatenses Comitatus Perusij teneantur et debeant infra tempus duorum mensium a die notificationis Statuti computandorum se allibrari et accatastrari facere in locis ubi familiariter habitant et pro maiori tempore residentiam faciunt pena. L. libr. dena. cuilibet contrafacienti et predicta infra dictum tempus non seruanti et de predictis quilibet ualeat esse accusator et habeat quartam partem pene et quarta pars sit officialis exequutionem facientis et medietas ueniat in communi.

Quod uniuersitates castrorum et uillarum comunis Perusij non grauentur pro absentatis et exbannitis nisi certo modo. Rubrica IX.

q. fol. 8. Rub. 15

I

Item:

ITEM si contigerit aliquem acatastratum siue alibratum in castro ciuium et comitatensium occasione exbannimenti uel condemnationis recedere et se absentare uel publicationis bonorum fiende, itaque bona sua non reperiantur super quibus Comune Perusij seu comunitas et uniuersitas alicuius loci in quo reperiretur scripta libra illius talis absentantis uel recedentis uel decedentis condemnati ita quod pro datis et collectis et alijs oneribus haberi regressum non possit uel alius pro tali libra nullatenus aggrauetur facta fide debita de predictis Officialibus dicti catastri et declaratione facta per eos secundum quod superius dictum est, aliquo non obstante. Et predicta fiant ad petitionem sindici uniuersitatis unde esset siue fuisset talis exbannitus siue condemnatus uel qui recessit uel decessit, aut se absentauit et etiam ad petitionem cuiuscumque cuius interesset seu interesse posset quoquo modo :-

Q. notarijs Armarii liceat additiones correctiones et alias scripturas facere. R. ca. X.

ITEM quod quilibet ex notarijs deputatis uel deputandis ad scribendum additiones, diminutiones errorum correctiones, permutationes et alias scripturas ad eorum officium spectantes causa officij predicti in dicto Armario et catastro communis Perusij possit et sibi liceat impune et sine pena predicta omnia et scripturas quascumque ad eorum officium spectantes scribere et cassare addere et minuere in libris quibuscumque et manu cuiuscumque notarij scriptis publicatis uel non publicatis non obstante quod nominatis ipsorum notariorum armarij

f. fol. 7. Rub. 14.

scripti non apparerent uel essent dummodo ea quae fecerint et scripserit fieri possint secundum formam ordinamentorum de officio officialium dicti Armarij et catastri loquentium. Et dummodo fiant de uoluntate, consensu et mandato dictorum duorum officialium in concordia uel alterius eorum, et aliter fieri non possit.

Quod si aliqua hereditas alicui remanserit debeat ille cui remanserit sibi poni facere. Rubrica capitulum XI.

ITEM quod si aliquis alibratus in libro et catastratus in catastro comunis Perusij decesserit superstite aliquo suo filio herede uel aliquo alio suo uel emancipato uel extranco herede cuiuscunque conditionis existat et dictus heres uelit suum nomen scribi et poni in catastro et libra dicti decedentis cui successerit. Qui officiales Armarij facta eis fide possint nomen decedentis tollere et cassare de libra predicta et nomen ipsius heredis ascribere et ponere in dicto catastro et libra aliquo non obstante et locum habeat quando talis heres non haberet catastrum seu libram et si catastrum haberet tunc bona sibi relicta scribantur et ponantur in libra sua et catastro suo, et tam ipsa bona quam etiam nomen et pronomen, libram et totum catastrum talis defuncti alibrati cassentur et eleuentur de libra et catastro talis decedentis. Saluo quod ea quae dicta sunt de nomine heredis loco nominis defuncti ponendo, non uendicent sibi locum quando talis heres esset comitatensis uel forensis et succederet ciui perusino, uel esset forensis et succederet comitatensi, uel esset comitatensis et succederet forensi, in quibus casibus

: et quo :

& quolibet dictorum casuum nomen heredis loco nominis defuncti aſ-
cribi non possit. Sed bona defuncti in cataſtro heredis facto uel fiendo
si cataſtrum non haberet poni et deſcribi debeant ut supra dictum eſt.

De nobilibus allibratis in comitatu allibrandis in Ciuitate. Ru. ca. XII.

ITEM Statuimus et ordinamus quod omnes et ſinguli Nobiles et nati
de prole militari ex paterna linea qui uel pater uel antecessores eorum
reperiuntur ſcripti in regiſtro communis Perusij facto de magnatibus
et de natis de prole militari ex paterna linea ſcripti pro nobilibus q.
uel patres uel antecessores eorum alibrati ſunt seu alibrati reperiunt
inter comitatenses et in dicto cataſtro comitatus et qui uel patres uel an-
tecessores eorum antedictum cataſtrum ſcripti et allibrati reperirentur
in Ciuitate seu cum Ciuibus perusinis caſſentur et cancellentur et eo-
rum libre et nomina tollantur et abolentur de dicto Cataſtro comitatus
per officiales armarij communis Perusij ad petitionem cuiuscumque ip-
ſorum nobilium. Et ponantur et ſcribantur et allibrentur in illa porta et parochia
in qua habuerunt seu habere consueuerunt libram ipsi uel patres uel an-
tecessores eorum cum ciuibus perusinis seu in qua bona eorum assigna-
uerunt aliquo alio generali uel ſpeciali in contrarium loquente non
obſtante.

Quod nulla uniuerſitas poſſit inducere teſ-
teſ de ſua uniuerſitate in eius fauorem. Ru. ca. XIII.

PRETEREA uolumus quod nulla Vniuersitas alicuius Castri uel Villæ Comitatus uel districtus Perusij possit nec debeat inducere in testes homines illius uniuersitatis quæ haberet causam uel questionem cū communi Perusij uel cum aliqua speciali persona coram officialibus armarij nec ipsi testes admittantur pro ipsa uniuersitate, nec admitti ualeant ullo modo. Et hæc intelligantur et locum habeant si aliqua specialis persona causam haberet cum communi Perusij uel aliquo alio, et illa causa spectaret ad utilitatem uniuersitatis de qua uult producere testes quod de ipsa uniuersitate ad quam utilitas causę possit spectare nullus debeat nec possit produci in testem, nec admitti ualeat ullo modo.

De erroribus mēsurationū corrigē-dis. R. ca. XIIII.

ITEM statuimus et ordinamus quod si aliquis deinceps conquereretur coram officialibus Armarij quod in mensuratione et mensurationibus suę possessionis uel possessionum erratum fuerit possit, teneantur et debeant dicti Officiales Armarij omnes et singulas possessiones talis conquerentis suis expensis facere reuideri et mensurari et tales mensurationes ad ueritatem reducere, et libram et quantitatem mensurę reducere augendo uel minuendo ipsam libram secūdū quantitatem dictę mensurę super quibus mensuris reuidendis cum libris ad mē-suram reducendis dicti boni homines Armarij plenam authoritatē habeant et baliam aliquo non obstante:.

: Quod:

Q[uod] ad petitione[m] Sindici castri uel uille cassetur libra absentatoru[m] et mortuoru[m]. R[ubric]a. XV.

C[fr.] fol. 6. R[ubric]a. c. / C[fr.] fol. 13. R[ubric]a. 30.

ITEM Statuimus et ordinamus, cum multi Comitatenses uenditis et alienatis uel aduidicatis bonis suis personis non existentibus de suo castro uel uilla recessisse dicuntur et de ciuitate et comitatu Perusij qui deuenire non possunt ad faciendum eleuari de suo et castri uel uille catastro res alienatas seu uenditas et sic commune et alij homines dicti Castri uel uille iniuste grauarentur de libra talis recedentis quod Sindicus talis castri uel uille possit comparere coram officialibus et notarijs super Armario et Catastro deputatis et dicti officiales et notarij possint et debeant ad petitionem dicti sindici res et bona talis absentis et recedentis uendita seu alienata uel adiudicata in alium non existentem de eiusdem castri uel uille catastro, facta fide per instrumenta uenditionis seu alienationis uel adiudicationis reru[m] predictarum cassare tollere eleuare et ementi uel acquirenti ponere et scribere, et idem per omnia locum habeat et in omnibus obseruetur etiam in mortuis quorum bona omnia ad extraneos uel extraneum deuenirent. Et quod dicti Officiales armarij uel alter eorum predicta facere teneat[ur] et executioni mandar[e] f[a]c[t]a eis fide legitima de predictis p[er] quattuor testes etiam de eadem uniuersitate :-

De pena facientis fieri et eleuari sibi libram in fraudem catastri. R[ubric]a. XVI.

ITEM Statuimus et ordinamus quod si quis Comitatensis uel alius quicunq; uenderet uel alienaret uel alio modo transferret aliqua possessionem alicui in fraudem uel fictitiae ad cessandum onus libre et factionum communis Perusij quod tam uenditor seu alienator quam emptor seu acquisitor puniatur et condemnetur per potestatem et Capitaneum in ducentis libr. den. et ipsam rem uenditam uel alienatam perdat et in communi ueniat et confischetur ipso iure. Et quilibet ualeat esse accusator et habeat quartam partem pene et quartam habeat officialis executionem faciens et medietatem habeat Commune, et possessiones tote deueniant in commune: Et quod Potestas et Capitaneus uel alius officialis forensis communis Perusij incidat in penam V^c. libr. den. si negligentes fuerint ad executionem pene faciendam ad instantiam cuiuscumq; petentis. Et nihilominus Sindici comitatus Perusij teneantur et debeat pro predictis contrafacientibus inuestigare et illos denuciare cuilibet officiali comunis Perusij sicut tenetur denunciare alia maleficia, et quod quilibet faciens sibi actari et reponi in suo catastro libram fraudatam infra tempus duorum mensium a die bannimenti faciendi de presenti statuto non teneatur ad dictam penam. Et si aliqua partium infra dictum tempus fraudem manifestaret similiter ad dictam penam non teneatur et quod quilibet Comitatensis qui aliquam possessionem emerit, aut emeret infuturum ab aliquo Ciue seu illam quomodolibet acquisiisset seu acquireret infuturum debeat illam infra tempus supradictum scribi et poni fecisse in suo catastro sub dicta pena:-

Sindici teneantur inquirere.

f. 28

: De Dotibus:

De dotibus restituendis et usufructibꝰ eorum ponēdis et allibrandis. Rubrica: XVIJ.

ITEM Statuimus & ordinamus quod dotes consistentes in rebus immobilibus restitute et que restituerentur debeant alibrari recipienti, et illis quibus restitutio facta fuerit. Item quod poderia et possessiones quorum aliquis habet uel deinceps habebit usumfructum debeant alibrari illi tali usufructuario seu usufructuarie et quod ipsi usufructuario uel usufructuarie si non habebit libram, debeat libra de dictis rebus fieri ita quod per tempus perceptionis ususfructus talis usufructuarius et usufructuaria soluat datas et collectas Comuni Perusij, et ceteras per dictum tempus faciat factiones et quod finito dicto usufructu tale podere et possessiones alibrentur secundum predictam libram et estimationem illi uel illis ad quos tale podere et possessiones reuerterentur et de libra dicti usufructuarij debeant cassari et aboleri: Et predicta non intelligantur in emptoribus dictorum fructuum et usufructuum qui quo ad predicta minime teneat.

Q. qui habuit domum propriam in qua exerceat artem debeat sibi allibrari. Rubrica: XVIIJ.

ITEM Statuimus et ordinamus quod si aliquis exercet artem in domo propria quod illa domus debeat alibrari et acatastrari per inde ac si dictam domum locaret seu apensionaret, habita consideratione ad redditum seu pensionem, que ex dicta domo percipi posset.

Et infra fol. 13 c.a 29

fras. g.o bol. rub. 105

Q. res empte ultra estimatione debeat alibrari ementi secundum quantitate pretij talis rei. Rubrica XIX.

ITEM ordinamus et statuimus quod possessiones quae uendentur et alienantur ultra quantitatem qua estimate sunt in catastro debeant estimari ementi et acquirenti secundum pretium et secundum quantitatem pretij et non minus aliquo non obstante.

De modo cassationis libræ inter uēdētes et emētes. Rubrica. XX.

ITEM Statuimus et ordinamus quod quicumque tam ciuis quam comitatensis perusinus uel quicumque alius uendiderit uel alio quoquo modo alteri concesserit aliquam rem sibi alibratam, quod ad eius petitionem uel alterius cuius interesset seu sindici, Castri uel Ville unde esset uenditor uel concessor habita cedula uenditionis seu concessionis talis rei uendite uel concessæ, officiales armarij possint et teneantur et debeant talem rem de libra uendentis uel concedentis eleuare et cassare et ponere et describere in libra ementis uel aliter acquirentis: Et teneatur quilibet notarius ponens rem aliquam in catastro alicuius tempore dicte descriptionis sub breuitate facere mentionem de dicta descriptione iuxta rem predictam, et in margine ubi descripta reperiretur ut de dicta positione plena notitia habeatur pena decem libr. den. pro qualibet uice, qua contrafaceret. Dummodo si ciuis emerit a Comitatense antequam eleuetur de libra et catastro:

catastro dicti Comitatensis uendentis res uenditas teneatur ciuis emens iurare ad sancta Dei euangelia quod dicta uenditio est uera et non ficta nec in fraudem facta. Et si dictis Officialibus Armarij apparebit per testes fide dignos saltem per tres quod aliquis ciuis uel comitatensis possideret uere et non fictitie aliquam rem immobilem alteri allibratam et acatastratam et ex ea fructus perceperet et non alius quod habita fide de predictis ut supra dictum est ad petitionem illius in cuius libra et catastro talis res alibrata foret ipsa res debeat eleuari tolli et cassari de libra illius cui alibrata esset et in libra possidentis poni, citato prius tali possessore, non obstante quod titulus possessionis uel cessionis non appareret.

Nota pro possidente

Qualiter allibretur mulieres ciues uxores comitatensium. R.ca XXI.

ITEM Cum multi Comitatenses habeant uxores ciues uel que alias pro ciuibus haberentur et de iure sit quod uxor debeat sequi forum uiri. Statuimus quod siqua mulier que esset uxor alicuius comitatensis reperiretur et esset allibrata in Ciuitate Perusij inter ciues perusinos et ipsa haberet in sua libra aliqua bona maxime acquisita ab aliquo Comitatense post matrimonium contractum quod ipsa talis mulier debeat soluere pro ipsis bonis tanquam comitatensis et non ut ciuis, et eidem Domine dicta bona debeant scribi et allibrari in catastro mariti comitatensis si marito et ipsi domine placuerit, si autem ipsi uel alter eorum contradixerint tunc officiales Armarij uel alter eorum ad petitionem

Vide inf. sub R.ca 32 et sup. R.ca 17 [illegible]

cuiuscunq; petentis teneantur et debeant libram tali uxori facere in co-
mitatu caſtro uel uilla in quo uel qua eius maritus extitit allibratus
et in dicta libra omnia ſua bona deſcribere et poni et deſcribi facere
et conſtante matrimonio inter mulierem Ciuem et maritum comitaten-
ſem dca dna in comitatu pro ſuis bonis ut comitatensis teneatur et de-
beat facere factiones. Soluto autem matrimonio per mortem uiri ad pe-
titionem talis dne Officiales armarij communis perusij uel alter eorum
teneatur et debeant eius libram et omnia ſua bona de comitatu et de ca-
taſtro comitatus tollere et eleuare et in ciuitate ponere et ſcribere et ip-
ſam allibrare inter alios ciues et cum ciuibus perusinis pena dictis of-
ficialibus Armarij ſi negligentes fuerint in predictis pro quolibet eorum
centu libr. den.

Quo modo et ordine allibrentur filijfamilias. Rca: XXII

ITEM Cum multi filijfamilias emerint et acquisiuerint et emant et
acquirant possessiones et bona alteri allibrata et acataſtrata et per formā
ordinamenti cataſtri ipsa bona in libra patris uel aui deſcribi nō possit
sine uoluntate et consensu eorum patris uel aui, Quod Officiales arma-
rij presentes et futuri possint et eis liceat si et inquantum pater uel
auus ipsorum nollet consentire quod ipse res et bona in eorum libra
et cataſtro ponerentur tales filios familias realiter et personaliter co-
gere et grauare et cogi et grauari facere ad faciendum et fieri fa-
ciendum eis libram in loco debito si libram non haberent pro talibus
bonis quesitis et acquirendis et quod officiales cataſtri Comunis Perusij

uel:

uel alter eorum possint teneantur et debeant uinculo iuramenti et ad penā .C. libr. denā. ex eorum officio libram et catastrum facere de bonis predictis ipsis filijs familias non obstante ipsorum contradictione, dūmodo dicti Officiales primo requisiuerint dictos filios familias et dicti filij familias contradixerint sibi libram fieri, Et quod Potestas et Capitaneus et quicunqz alius officialis communis Perusij teneatur et debeat pena centum librarum den pro quolibet eorum et qualibet uice predictos filios familias libram non habentes realiter et personaliter cogere et grauare ad predictam libram fieri faciendum ad petitionem et uoluntatem dictorum officialium Armarij uel alterius cuius interesset: Et nihilominus non obstante eorum contumacia et absentia libram et catastrum dictis filijs fieri possit et debeat ad petitionem cuiuscunqz interesset facta dicta libra poni possit et debeant bona ut superius per eos acquisita.

Q. Officiales armarij teneatur diuidere libram bonor. diuisor. R. ca. XXIII.

ITEM Quod Officiales Armarij possint debeant et teneantur diuidere libras cōes ad petitionem cuiuscunqz allibrati ad quem libra pertineret si diuisim possideret diuidendo quantitatem libre pro parte bonorum cuilibet contingenti et ponendo et describendo possessiones et res et estimationem ipsarum habenti et possidenti, non tamen libram minuendo cōtra formam ordinamentorum infra XV. dies a die petitionis, pena dictis Officialibus .C. libr. den. si negligentes fuerint in predictis nō obstante contradictione consortis uel alterius. Et quia in aliquibus ex

districtibus uillarum Comitatus Perusij fuerunt edificata et constructa duo fortilitia in eodem districtu per homines eiusdem Ville et infuturum similiter construi possint et ad dandum materiam unicuique de per se regendi et dampna data denuncientur Potestati et Capitaneo ideo uolumus et statuimus quod dicti Officiales Armarij teneantur et debeant ad petitionem cuiuscumque petentis pena .V^c. libr. den. focularia, catastrum et territorium dicte Ville in quo duo fortilitia sunt creata uel in futurum creabuntur diuidere et seorsum catastrare quodlibet castrum de per se cum hominibus adiacentibus et contribuentibus ad dicta fortilitia secundum declarationem fiendam per homines ex altero ex dictis castris cum modo et forma prout et sicut prouisum fuit uel fuerit per Priores et Camerarios Artium ciuitatis Perusij aliquo non obstante.

Quod quilibet allibretur in porta et parocchia ubi habitat. Rubrica. XXIIII.

ITEM Statuimus et ordinamus quod unusquisque habeat libram suam in par. in qua habitat et moratur, sed si in una par. domum haberet propriam in alia uero habitat in par. proprie domus libra fiat. Si autem in diuersis portis uel par. domos habet proprias et in altera ipsarum ut utriusque habitat sit in alibrandi electione in qua de dictis portis et parocchijs uoluerit alibrari. Et si non habitauerit in ciuitate alibretur in ipsa par. et por. in qua retroactis temporibus consueuit alibrari. Qui uero habitatores debeant infra mensem a tempore bannimentj ex parte officialium armarij fiendi idonee satisdare per fideiussorem ciuem et de populo perusino de soluendo datas et collectas et alia onera expedire

: quae :

que sibi imponentur et imminebunt per tempus et infra tempus quinque annorum proxime uenturorum post dictam satisdationem que satisdationes debeant per Notarios officialium catastri scribi in uno libro fiendo per se de omnibus dictis satisdationibus, que satisdationes renouentur in uno libro fiendo de quinquennio in quinquennium secundum modum predictum. Et quicumque dictas satisdationes non prestiterit ut dictum est habeatur pro non allibrato et forense. Et hoc si domum non habuerit in Ciuitate uel Burgis ciuitatis Perusij. Et si alius fuerit allibratus in aliquo loco, qui non haberet domum propriam et iret ad habitandum ad aliam portam uel parocchiam teneatur predicere officialibus armarij communis Perusij existentibus. Qui officiales teneantur libram mutare et scribere inter libras illius por. et par. in qua iuerit ad habitandum. Et quoties in diuersa por. et par. mutauerit habitationem toties fiat predictio et mutatio supradicta. Que predictio fieri debeat per dictos mutantes dictam habitationem in quindecim dies postquam mutauerit habitationem predictam.

Q. nullus allibratus in catastro cõis Perusij possit cogi per nõ subiectũ ad restituend. res in suo catastro descriptas. Rca. XXV.

ITEM Statuimus et ordinamus quod nullus allibratus in catastro cõmunis Perusij possit cogi per aliquem principaliter non subiectum habẽtem ius siue causam a dicto non subiecto modo aliquo ad restituendum res in suo catastro descriptas uel aliquam ipsarum nec earum seu alterius earum possessionem. Et quod nullus Iudex cõmunis Perusij debeat

audire

audire nec intelligere aliquem principaliter non subiectum uel subiectũ
causam habentem a non subiecto causam uel molestiam inferre contra
aliquem alibratum de bonis in dicto catastro descriptis. Et quod om-
nibus et singulis officialibus et iudicibus communis Perusij sit et esse
intelligatur adempta omnis iurisdictio et cognitio de predictis: Et hoc
statutum locum non habeat in illis principaliter non subiectis iurisdic-
tioni Potestatis et Capitanei ciuitatis Perusij, pro quibus promitteret
et satisdaretur officialibus armarij communis perusij recipientibus pro
ipso communi per bonos et sufficientes perusinos et in ipsa ciuitate seu
burgis habitantes diuites et libram habentes pro quolibet eorũ a mille
libris supra de soluendo et quod soluent in futurum omnes et singulas
datas et collectas, et alias faciant factiones imponendas per commune
Perusij pro rebus secundum estimationem rerum que nunc in dicto ca-
tastro reperiuntur pro alijs rebus in dicto catastro descriptis quas dic-
ti non subiecti peterent seu petere uellent uel possessionem ipsarum re-
rum restitui contra quamcunque personam in catastro predicto: Et eo
casu quo obtineretur in causa dicti non subiecti tales res debeant poni
in libra talis fideiussoris, ita quod nulla fraus cõmitti possit in solutio-
ne datarum et collectarum. Et hoc fieri faciat infra xv. dies a die la-
te sententie a qua nõ esset appellatum et si appellatum esset a die fi-
nite appellationis alias ex tunc sententia sit nulla et pro nulla habe-
atur.

Quod quicunque fuerit allibratus in duobus locis eius libra reducatur in uno loco. Rca. XXVI.

Item:

ITEM si aliquis Comitatensis esset alibratus in duobus uel pluribus castris uel Villis quod tota eius libra reducatur et sibi fiat in castro uel villa in qua familiariter habitauerit pro bonis suis ubicunque positis et existentibus:

Quod officiales Armarij teneatur omni die de se facere copiam. Rubrica XXVIJ.

ITEM quod dicti Officiales et Notarij Armarij teneantur omni die in quo non esset aliquod solemne festum, non obstante quod essent ferie, esse et de se copiam facere in dicto Armario et de mane et de sero omnibus petentibus. Et predicta facere et exequi et executioni mandare, pena .xx. librarum denariorum et sacramenti pro quolibet eorum. Et die quo non fuerint nec steterint in dicto Armario ut dictum est, nisi iustam excusationem habuerint. Et ad predicta exequenda, facienda et complenda per Potestatem et Capitaneum et alios officiales communis Perusij personaliter et realiter cogantur et compellantur ad petitionem cuiuscunque et ad dictam penam soluendam in casu in quo dicti officiales Armarij contrafecerint ipsi uel alter eorum cogi et compelli possint et debeant per quoscunque Officiales communis Perusij ex officio eorum et ad petitionem cuiuscunque petentis Nota quod officiales assistentes continue

Quod Comitatensis non habens libram possit se allibrari et sibi libram fieri: Rubrica XXVIIJ:

ITEM quod si aliquis Comitatensis uel Allibratus in comitatu ex forma uel uigore dictorum Ordinamentorum uel eorum executione

remaneret sine libra et etiam quicumque alius comitatensis libram nō habens possit se facere allibrari per dictos bonos homines uel officiales super libris faciendis deputatos uel deputandos in castro uel Villa in quo uel qua consueuit uel uoluerit familiariter habitare, nisi habuerit bona immobilia alibi quo casu describat et alibretur inter homines castri uel Ville ubi ipsa bona uel maiorem partem suorum bonorum immobilium haberet. Semper intelligendo quod factiones personales faciant ubi habitant, non obstante quod alibi fuerint alibrati.

Concordat hinc R.ca 29 sup. fol. 9 et I. fol. 16 R.33

Quod semper maius precium ponatur in catastro. R.ca: XXIX.

ITEM statuimus et ordinamus quod per Officiales Armarij in descriptionibus estimationum ponatur pretium si fuerit maius quam estimatio: Et si estimatio fuerit maior pretio ponatur estimatio, ita quod semper maior quantitas describatur et allibretur.

De focularibus mortuis et absentatis et depauperatis cassandis et eleuandis. R.ca XXX.

I. fol. 6 R.ca 5
I. fol. 20 R.ca 46

QVIA Sindici Castrorum et Villarum comitatus Perusij ex forma alicuius ordinamenti de uenditione, alienatione, translatione et adiudicatione, possessionum et rerum hominum et personarum mortuorum absentatorum et depauperatorum et annihilatorum eorum Vniuersitatis tenentur fidem facere officialibus Armarij et catastri,

: Cōis:

communis Perusij ad hoc ut dictæ res et possessiones de ipsa libra et catastro eleuentur et acquirantur seu dictę res possidenti in suo catastro ponantur et scribantur et talem probationem et fidem facere per publica instrumenta resultet in graue damnum et dispendium comitatensium predictorum propter resistentiam et contradictionem quam eis faciunt res et possessiones huiusmodi possidentes uolentes euitare dictas res in eorum catastro apponi et propter aliquorum notariorum uoraginem querentium et extorquentium pro editione siue confectione dictorum Instrumētorum à dictis comitatensibus magna salaria et intollerabilia, Idcirco statuimus et ordinamus quod ad probationem predictam faciendam sufficiat, et pro plena probatione et fide habeatur nunc et infuturum si possessores et acquisitores talium possessionum siue rerum quæ dicerentur uel essent uenditę, alienatę per dictos Comitatenses, uel in alium translatę seu in alterum iudicatę fuerint citati et requisiti per baylū communis Perusij semel personaliter uel bis ad domum suæ solitę habitationis ad petitionem Sindici uniuersitatis dictorum castrorum et uillarum uel alterius cuiuscumq; interesset ex parte dictorum officialium, et talis requisitus et citatus coram eis debeat in certo tempore comparere ad dicendum et contradicendum quicquid uult et potest de iure, quare sibi nō debeat talis possessio siue res eleuanda in suo catastro apponi, Et si quidem in dicto termino coram dictis officialibus non comparuerit, uel si comparuerit et non contradixerit uel cām contradicendi rationabiliter nō pretenderit cuius causę cognitio remaneat in arbitrio Officialium predictorum cum illo consilio quod eis uidebitur et placebit, quod ex nūc per dictos Officiales ad eleuationem et probationem talis possessionis

siue rei libere procedatur: et si talis acquisitor uel possessor non esset talis persona que de iure possit allibrari quod ad huiusmodi probationem et eleuationem per dictos Officiales minime procedatur, Sed semper intelligatur dicta res remanere censualis et tributaria pro datis et collectis et alijs factionibus communis Perusij non obstante ordinamento seu statuto quo cauetur quod Sindici castrorum et Villarum teneantur fidem facere de dictis uenditionibus alienationibus adiustationibus per publica instrumenta nec aliquo in contrarium loquente. Et teneantur et debeant dicti Officiales armarij facta eleuatione et cassatione omnium bonorum in suo catastro descriptorum, et habita fide legitima de morte seu absentatione uel depauperatione talium allibratorum cassare et cancellare focularia huiusmodi mortuorum, absentatorum uel depauperatorum ad petitionem Sindici castri uel Ville uel alterius cuius interesset.

De priuilegijs et litteris communis Perusij existentibus in armario exemplandis: Rubrica XXXI.

CVM in quadam capsa existente in Armario communis Perusij multa priuilegia, litterę, instrumenta reperiantur utilia et solemnia pro communi perusij quæ et eorum effectus a perusinis ignorantur, et hoc redundat in preiuditium et diminutionem iurisdictionis communis perusij. Statuimus et ordinamus quod dicta priuilegia literę et instrumenta utilia et solemnia pro communi Perusij exemplentur et exemplari debeant in cartis pecudinis per bonos Notarios deputandos per officiales Armarij:

marij communis Perusij cum salario per dictos officiales dicti Notarijs deputando et soluendo per Massarios Communis Perusij et secundum preceptum dictorum officialium pena tam dictis Officialibus Armarij quam dictis Massarijs . L . libr. den. pro quolibet eorum si fuerint negligentes in predictis.

Quod officiales armarij teneatur libram facere cuicumque petenti . Rca. XXXIJ.

CVM multi Perusini tam de Ciuitate quam de Comitatu et etiam forenses non habeant libram in Ciuitate uel Comitatu perusij nec reperiantur scripti in libra et catastro dicti communis perusij et uelint dicti tales non non allibrati se facere allibrari in ciuitate uel comitatu Perusij quibus libra fieri debet secundum formam ordinamentorum communis Perusij: Et si allibrarentur et libra fieret comuni Perusij, resultaret utilitas et incrementum, et exinde pecunia ueniret in communi . Jcciro Statuimus et ordinamus quod officiales Armarij communis perusij presentes et futuri et eorum notarij de mandato ipsorum officialium possint et eis liceat ac teneantur et debeant facere libram ipsis non habentibus libram in ciuitate uel comitatu s. Ciuibus in ciuitate uel Burgis forensibus in Ciuitate inter forenses tantum si in ciuitate habitarent . Si uero habitarent in comitatu tunc in comitatu ubi habitant eis libra fieri debeat, Et comitatensibus in comitatu ad petitionem cuiuscumque petentis, pro bonis que habent tenent et possident seu que dicerent se habere et possidere secundum formam

et eſtimationem ipſorum bonorum reducto quolibet miliari ad centena-
rium et abinde infra prout eſt hactenus conſuetum Saluo quod comi-
tatenſibus peruſinis ſeu comitatenſium filijs qui in preteritum habita-
uerunt familiariter in ciuitate Peruſij per tempus uiginti annorum
Hor: libram non habentibus et allibrari uolentibus in ciuitate et inter ciues
peruſinos libram facere teneantur dummodo ſint artifices alicuius ar-
tis ſeu conſortij . Illis autem comitatenſibus qui in preteritum habita-
uerunt familiariter in dicta Ciuitate per tempus decem annorum pre-
teritorum qui ſunt artifices alicuius artis libram non habentibus et
allibrari uolentibus ipſam libram faciant inter abſentatos recepta pri-
us fide de predictis omnibus per officiales predictos . Dummodo predic-
tos comitatenſes alibrare nec acataſtrare poſſint in ciuitate niſi cum
deliberatione et uoluntate dominorum priorum et camerariorum ar-
tium ciuitatis Peruſij et obtineantur per triginta quinque camerarios
in concordia adminus ad buſſulam et fabas et aliter et alio modo –
dicta allibratio et receptio fieri non debeat pena dictis officialibus
et notarijs aliter allibrantibus et deſcribentibus et deſcribentibus C.
libr. den. eis de facto auferendarum . Et ſi contingeret quod aliquis
ex predictis allibrandis non poſſideret uel diceret ſe non poſſidere a-
liqua bona ſtabilia et eſtimata in cataſtro communis Peruſij, teneatur
eiſdem ciuibus et forenſibus facere libram ad minus XXV. librarum
et Comitatenſibus .V. librarum pro quolibet, et accipiant ab ipſis ci-
uibus et forenſibus allibrandis non habentibus domos in ciuitate fide-
iuſſorem de ciuitate idoneum de ſoluendo datas et collectas et alijs ſu-
beundis oneribus imponendis per commune Peruſij. Et quia multi deceſ-
: ſerunt:

(Margin notes:)
ſto. pro allibrandis inter abſentatos de[?]
uide J[?] R. 54.

libra forenſium
libra Comitatenſium
J fol. 3. Rub. 2. [?] infra. fol. 18 Rub. 35.

ſerunt relictis eorum bonis, quæ bona ad alios peruenerunt tam ex teſta-
mento quam ex ſucceſſione abintestato uel alio modo uel titulo ſiue cā
Et conueniens ſit quod huiuſmodi bona ipſis ſuccedentibus uel alijs poſ-
ſidentibus deſcribantur prouiderunt ſtatuerunt et ordinauerunt quod
ad petitionem cuiuscunque talis ſuccedentis uel poſſidentis quecunque bona
tam ex ſucceſſione quam ex quocunque titulo et cauſa quæ ipſi ſucce-
dentes uel alij quicunque poſſideant seu dicerent ſe poſſidere ex cau-
ſis supradictis uel alia quacunque de cauſa eis et in eorum libra deſ-
cribantur et ponantur si libram haberent, alias nomina ipſorum ſuc-
cedentia .ſ. Ciues loco ciuium, forenses loco forenſium ſcribantur
et ponantur per ipſos officiales armarij et eorum notarios de mā da-
to ipſorum officialium loco nominum dictorum defunctorum in quorum
bonis tales deſcribendi ſucceſſiſſe apparerent, uel ipſa bona dicerēt
ſe poſſidere ex quacunque ſucceſſione: Et teneantur et debeant ipſis
bonis deſcriptis et poſitis in libra et cataſtro talium ſuccedentium uel
ipſa bona poſſidentium quocunque titulo ipſi officiales et eorum notarij
de mandato ipſorum officialium caſſare et abolere et caſſari et abole-
ri facere de cataſtro communis Peruſij nomina et pronomina bona
et libram ipſorum primo allibratorum defunctorum. Et quia plerunque Not. pro bonis mulie-
contingit quod Dnē et mulieres reperiuntur allibratæ et acataſtratæ, ris nuptæ [illegible]
in libra et cataſtro dicti communis, et postea nuptui traduntur et- [illegible] ſup. [illegible] 21.
dant ſeu promittunt dare ipſi uel alius pro eis in dotem uiris ſuis uel
alteri de domo mariti si maritus alibratus non eſſet bona ipſorū et
cū eorū uiris et maritis morantur et habitant et conueniens non
ſit quod uxor libram habeat ſeparatam a Viro, prouiderūt

et ordinauerunt ex authoritate et arbitrio supradictis quod facta fide
per instrumentum publicum siue per cedulam instrumenti de huiusmodi
datione uel promissione in dotem rerum prædictarum dotalium ad peti-
tionem uiri et uxoris uel de ipsorum uoluntate teneantur et debeant
ipsa bona describere et ponere et describi et poni facere in libro et catas-
tro dicti uiri uel alterius de domo uiri si uir allibratus non foret et
augere libram dicti uiri uel alterius de domo sua secundum estimatio-
nem bonorum datorum uel promissorum in dotem et nomen dicte dne
uel alterius in cuius libra dicta bona allibrata forent bona et libram
eleuare et cassare et eleuari et cassari facere de dicta libra et catastro
pena dictis officialibus et notarijs si contrafacerent in predictis . CC . libr.
den. pro qualibet uice et quolibet eorum quæ pena eis de facto aufera-
tur per potestatem et Capitaneum et alios officiales dicti communis Pe-
rusij uel alterum eorum ad petitionem cuiuscunq; petentis, possint etia
poni et describi in catastro uiri et mariti uel alterius de domo marití
si maritus libram non haberet bona quecunq; dicte uxoris ad petitio-
nem dicti mariti, si de dicte uxoris processerit uoluntate : Et de fruc-
tibus dictorum bonorum possit dictus maritus soluere datas et collectas
pro bonis in dicto catastro describendis.

Quod bona ponatur et allibretur possidentibus : Rz ca: . XXXIIJ .

ITEM quod Notarij principales Armarij non debeant aliquo
quesito colore describere uel ponere aliquam rem in catastro ali-
: cuius :

non rep. · restituto

cuius nisi primo habita cedula uel scripta contractus siue instrumē-
ti emptionis Et si appareret et si diceret ac iuraret se habere non pos-
se dictam cedulam uel contractus emptionis factus non fuisset et pro-
baret legitime per testes et per proprium sacramentum de pretio dic-
te emptionis tunc et eo casu dicta res possit et debeat alibi poni et
allibrari in suo catastro, de alijs uero titulis sufficiat probatio pro-
prij iuramenti, et de iuramento fieri debeat mentio in positione ip-
sius rei, et si pretium excederet estimationem ponatur secundum p̃-
tium et si estimatio excederet pretium ponatur secundum estima-
tionem, Itaq; semper maior quantitas ponatur et allibretur pro uti-
litate communis non obstante statuto loquente quod poni possit et
debeat sine redditione rationis pretij, quod statutum ex nunc ha-
beatur pro casso, Et ne in predictis dolus aut fraus aliqua commit-
tatur Statuimus quod si ullo unq; tempore appareret aliquem in
premissis uel aliquem ipsorum deerrasse aut dolum uel fraudem
comisse incidat et incidisse intelligatur ultra penam iuris in pe-
nam Vc. librarum denaꝛ. Cameræ Communis Perusij soluendaꝝ.

De salario notariorum existentiū ī armario et de cassationibꝰ q̄rūdā codēnationū. Rꝛca: XXXIIII.

ITEM Statuimus et ordinamus quod de obstensione aliquarum scripturarum in dicto Armario existentium, dicti obstendentes non accipiant ultra xij. denarios pro quolibet libro uel scriptura sub pe-
na in superiori precedenti Capitulo contenta. Volumus et ordinamꝰ

quod quicunque notarius uel alius qui fuisset ad custodiam dictorum librorum per tempora preterita et maxime a duobus annis citra et ad dictum officium et de ipso armario extraxisset seu penes se haberet aliquas scripturas seu libros quacunque ratione uel causa illas scripturas uel libros teneantur et debeant restituere et reassignare dictis Officialibus et in dicto Armario ponere et dimittere infra octo dies a die publicationis Statutorum, alias ex tunc teneatur dare et soluere communi Perusij pene nomine centum libr. den. in quibus debeat condemnari per suum Sindicatorem tempore sindicatus: Et si de hoc non fuerit expresse sindicatus possint sindicari per quemlibet Officialem comunis Perusij. Et quilibet possit esse accusator et habeat dimidiam banni. Preterea uolumus quod quando fiet solutio alicuius condemnationis uel aliquis fuerit de carceribus communis Perusij amore Dei in aliqua festiuitate legitime relaxatus ipsa condemnatio de omnibus libris condemnationum debeat cancellari in qua cancellatione et libro dictarum condemnationum dicti Notarij principales scribere teneantur et debeant in margine dicti libri causam quare dicta condemnatio fuit cassa et cancellata, et millesimum et diem dicte cancellationis pena notario contrafacienti centum libr. den. Et nihilominus fiat et fieri debeat unus liber per se in quo ponantur, scribantur et registrentur nomina et pronomina hominum et personarum qui et quae extrahantur et excarcerantur de carceribus communis Perusij amore Dei, et dictum registrum ibidem perpetuo debeat conseruari, et dictus liber fiat in cartis membranis qui ematur per Massarios communis Perusij et ligetur intra tabulas ligni ad penam et sub pena predicta, et de hoc quilibet

possit:

possit esse accusator et habeat medietatem banni. Statuimus quod ex nunc in antea seu deinceps nulla condemnatio processus uel exbannimentum de aliquo habitum uel factum uel habendum uel faciendum causa alicuius mallefitij possit nec debeat per officiales Armarij uel aliquem alium cassari tolli uel aboleri uel cancellari de libro communis Perusij de armario dicti communis uel aliunde, nisi dumtaxat si cōdemnatio soluta esset uel soluerētur communi Perusij uel massario dicti cōmunis pro ipso communi recipienti, uel nisi ipsa condemnatio esset cassa uel anullata per adunantiam generalem ciuitatis Perusij uel habentem arbitrium ab ipsa adunantia uel quandocunq; quis uigore adunantiæ generalis esset de carceribus communis Perusij relaxatus uel si talis condemnatus fuerit detemptus in carceribus communis Perusij pro condemnatione de eo facta et postea fuerit amore Dei per officiales communis Perusij secundum formam Statutorum dicti cōmunis uel quacunq; alia de causa per officiales dicti communis uel q^a cunque alia de causa per habentes arbitrium de ipsis carceribus liberatus exemptus et extractus in quibus casibus predictorum casuū ipsa condemnatio cassari et cancellari possit per notarios dicti Armarij de mandato et presentia officialium ipsius Armarij, Qui notarij in dicta cassatione diligenter ponere et scribere teneantur rationem et causam dictę cassationis, et propter quam ipsa cassatio celebratur. Et predicta locum habeant non solum in extrahendis et relaxandis, sed in quibuscunq; et in preteritum extractis et relaxatis de dictis carceribus quocunq; modo, iure uel causa per commune perusij uel quoscunq; officiales habentes arbitrium et auctoritatem a dicto cōmuni,

uel talis condemnatus de carceribus communis Perusij amore Dei esset relassatus ut supradictum est Secundum formam Statutorum, Et si secus cassaretur uel cancellaretur non ualeat nec teneat ipso iure et habeatur pro non facta, Et quod officiales armarij et alij qui condemnationes, processus et banna cassarét uel cancellarent contra formam predictam puniatur ea pena qua puniri deberet talis condemnatus cuius condemnationem cassarét uel cancellarent, et ut falsarius condemnetur. ^ addictio in statuto

De libra facienda non habentibus. R. ca: XXXV.

fol. 3. Rub. 2. Rub. 38

130. fol. 48. col. 2. ... Rub. 69.

ITEM Ad hoc ut Vnusquisque soluat datas et collectas pro rebus quas possidet, statuimus et ordinamus quod si contigerit aliquem Scriptum seu allibratum in catastro ciuium uel absentatorum de comitatu seu comitatensium Ciuitatis Perusij uel inter forenses allibratos in libris armarij predicti uel aliquo ex dictis libris per alienationem seu quocunque Alio modo aliquas suas possessiones et res seu iura et actiones que et quas haberet pro rebus immobilibus tantum: Et in dicto catastro sibi ascriptas et in suo catastro et estimo seu libra positas in alium seu alios transferre quocunque modo titulo uel iure inter uiuos uel causa mortis uel quacunque de causa quod tales res iura et actiones et eorum estimationes et quantitates estimationis talium rerum et actionum alienatarum seu in alium uel alios translatarum uel quocunque titulo:

titulo et modo ad alium peruentarum uel alterius cuius interesset debeant per officiales Armarij uel eorum notarios uel alterum eorum ad petitionem petentis cuius interesset de libra et estimo seu catastro talium alienantium seu in alium transferentium eleuari et tolli et diminui et ascribi poni et augeri in libra seu catastro illorum in quos dicte res et possessiones quocumque modo peruenissent, seu quocumque titulo et causa acquisiuissent tales persone quae libram seu catastrum haberent. Et si catastrum non haberent predicti Officiales ad petitionem predictorum alienantium libram et catastrum facere debeant, predictis in quos dicte possessiones et actiones et iura essent translate, in quo catastro predicte res et actiones sic eleuate et translate, et estimationes ipsarum per dictos officiales et eorum notarios uel alterum eorum poni debeant. Et si talis cui de nouo nouum catastrum fiat domum in ciuitate uel comitatu perusij ipse pater uel auus eius non haberet, teneatur et debeat antequam catastrum sibi fiat dare fideiussores de soluendo datas et collectas que imponerentur per commune Perusij uel officiales ipsius communis ad quem fideiussorem dandum predicti officiales compellant et compellere teneantur. Et si talis ad quem dicte res peruenirent patrem uel auum haberet, et pater uel auus uellet quod res predicte in eorum uel alterius eorum catastro ponerentur quod tales res in eorum catastro poni et describi debeant et eorum libra augeri, dummodo predicti pater et Auus et ad quos dicte res peruenerint et uoluerint et consenserint et aliter non.

Quod nullus officialis forenſis ſe intromittat in cauſis armarij. R^ca. XXXVI.

[illegible] vol. 1° Rub. 130. fol. 48. col. 2. [illegible]

INSUPER Volumus quod maior Sindicus, Iudex Juſtitiæ et damnorum datorum uel aliquis alius Officialis forensis communis Perusij non possit nec audeat uel presumat intromittere uel cognoscere nec aliquam cognitionem uel iurisdictionem habere per uiam appellationis uel quomodocumque ſuper aliqua causa petitione uel queſtione pertinente ad offitium cataſtri et officialium cataſtri armarij communis mota uel mouenda porrecta uel porrigenda, Sed omnis cognitio et iurisdictio dicto maiori ſindico et alijs officialibus forensibus quo ad predicta pro tempore futuro et in causis et queſtionibus mouendis intelligatur esse et ſit adempta uigore presentis capituli pena dicto maiori Sindico et cuilibet alij officiali forensi se immiſcenti uel cognoscenti seu procedenti contra dictam formam quingentarum librarum denariorum pro quolibet in qua per eorum sindicatorem ex officio sindicorum uel ad petitionem cuiuscumque debeant ſummarie et de facto condemnari et quicquid ſecus factum fuerit uel fieret non ualeat nec teneat ullo modo Sed sit et esse intelligatur nullius efficacie et ualoris.

Infra Rub. 50

Qualiter filij forensium allibrentur in libro Ciuium. R^ca. XXXVII.

ITEM Statuimus et ordinamus quod filij forensium qui filij nati ~~non~~ sunt in Ciuitate Perusij et quorum patres mortui sunt et libram

: habet :

habent in ipsa Ciuitate: ponantur et scribantur et acatastrentur in libris Ciuium Perusinorum, quemadmodum ueri Ciues perusini- cum omnibus et singulis bonis ipsorum et bona libram et catastrum patruum ipsorum tolli escuarri et cassari de libro forensium et ipsis filijs poni et scribi in libra quorum filiorum ponatur expresse unde et de quo loco fuerunt patres talium filiorum. Et ne in dubium reuocetur utrum filij Aretinorum qui nati sunt in Ciuitate Perusij et quorum patres mortui sunt et libram habent ut ex forma ordinamentorum exigitur presentis Statuti uirtute ad ipsius ciuilitatis beneficium admittantur obstantibus quibusdam antiquis legibus- comunis perusij ad omne dubium remouendum. Statuimus ordinamus et reformamus quod presens Statutum locum habeat et se extendat ad filios Aretinorum predictorum in omnibus et per omnia et prout et sicut se extendit et locum habet ad filios forensium in aliquo generali uel spetiali in contrarium loquentibus non obstante.

Quomodo fiat libra Ciuibus et Comitatensibus. R^ca. XXXVIII.

ITEM Statuimus et ordinamus quod Ciuibus Perusinis et allibratis in Ciuitate et etiam forensibus allibratis in Ciuitate Perusij uel allibrandis inter absentatos de comitatu fiat et fieri debeat libra et facta esse intelligatur adminus xxv. librarum ad grossam et Comitatensibus perusinis et allibratis in comitatu fiat et fieri debeat libra quinq; librarum ad grossam adminus, et si secus- S fol. 3 Rub. 2

reperiretur factum tollatur et reducatur ad debitam libram modo predicto per Officiales Armarij librorum communis Perusij pena centum librarum denariorum pro quolibet eorum aliquo non obſtante.

Qualiter corrigātur errores calculi. Rͬ ca. XXXIX.

3 fol. 6. Rub. 10.

ITEM ſtatuimus, ordinamus et reformamus quod si error euidens appareret in calculo libre Ciuium et Comitatensium Perusinorum et habitantium in Ciuitate uel Comitatu Perusij, uel libram habentium in ipsa Ciuitate uel Comitatu quod ſtetur ueritati factum ſecundum ſingulares assignationes et eſtimationes bonorum et ad ueritatem reducatur non obſtante errore calculi nec aliquo alio quod in contrarium loqueretur. Volumus etiam quod libre mortue que fient alicui ex eo quod bona ſtabilia non possideret debeat eleuari et cassari eo ipso quod bona ſtabilia in suo cataſtro describi fecerit, Ita tamen quod ſemper libra ad minus remaneat XXV. librarum ad grossam et predicta cassari faciant ad petitionem ipsius allibrati.

alijs uerbis id ſtatuto cauetur p° uol Rub: 133

De erroribꝫ corrigēdis ſuper cataſtro. Rͬ ca. XL.

ITEM Cum propter multas uarietates et innumerosas personarum et rerum ac etiam eſtimationum quantitates potuerunt de facili plures errores occurrere in factione, ordinatione et descriptione:

tione catastri noui tam ex parte officialium ordinantium catastrum quam etiam ex parte describentium ad hoc ut dicti errores non possint in aliquo alicui uel aliquibus preiudicium inferre. Idcirco statuimus et ordinamus et reformamus quod officiales deputati uel deputandi in armario librorum comunis Perusij possint, teneantur et debeant errores quos inuenerint occurrisse uel occurrere contigerit infuturum tam circa personas nominatorum in dicto catastro quia esset aliquis bis positus uel descriptus in dicto catastro ultra quam esse deberet uel quia quod aliqua res esset ascripta et estimata duobus in totum uel quod aliqua persona esset descripta pro alia uel quod aliqua res esset scripta in duobus locis ultra quam esse deberet uel quod aliqua res esset scripta uni persone et describi persone alteri debuisset uel quod esset erratum in nomine uel pronomine uel quod esset erratum in mensuris et extimationibus possessionum et rerum estimatarum per ipsos officiales uel quod aliquis bona sua assignasset et registratus et accatastratus non fuisset in libris dicti noui catastri uel aliter uel alio modo et quacumque ratione uel causa error appareret ex eorum arbitrio et offitio corrigere, emendare et ad ueritatem debitam reducere ad petitionem petentis et ex eorum officio summarie et sine strepitu et figura iudicij non obstante aliquo capitulo precedente uel sequente nec aliquo alio quod in contrarium loqueretur.

Qualiter augeatur libra. Rubrica XLI.

ITEM Considerantes quod augere libram et catastrum Ciuium et comitatensium perusinorum communi perusij euidens utilitas sit et appareat ad manutentionem et conseruationem dicti catastri pertineat euidenter. Idcirco Statuimus et ordinamus quod officiales Armarij librorum communis perusij qui pro tempore fuerint teneantur et debeant ad penam .C. lib. den. augere et accrescere libras et summam libre cuiuscumque petentis et sibi augeri uolentis in ea summa et quantitate in qua quis uoluerit et petierit sibi accresci et augeri libram non obstante quod bona stabilia pro dicta augumentatione fienda non assignet nec aliquo alio quod in contrarium loqueretur.

Qualiter forenses ad Ciuilitatis beneficium admittantur et infra quantum tempus. Rubrica XLII.

Not. quod apparet infra R.ca 54. aliud statutum quod uidetur corrigere presens statutum

CVM Ad Decus et magnificentiam communis Perusij et ciuilitatis eiusdem summe conueniat oculos dirigere ne ciuilitas ipsa possit forensibus commisceri nisi qui longo temporis usu continuo in Ciuitate Perusij residentiam fecerit seu facient in futurum. Statuimus quod si quis forensis habitauerit continue familiariter per xxxx. annos in Ciuitate Perusij, Quod possit et debeat describi inter Ciues absentatos in armario librorum dicti communis et accatastrari et allibrari in ea por. et par. ut sibi libuerit, Dummodo tamen describatur et describi debeat locus unde originaliter fuerit, ita quod semper appareat unde traxerit originem et quod gaudeat.

gaudeat et gaudere possit omnibus et singulis priuilegijs ciuilitatis. Sal-
uo quod non possit nec debeat quoquo modo habere uel exercere ali-
quod officium communis Perusij xLiij. Artium dicte Ciuitatis aut
alicuius earum nisi post dictam habitationem trigenalem descriptus fu-
erit et allibratus in dicta Ciuitate Perusij et in dicto armario inter
Ciues predictos et continue et familiariter habitauerit per xxx. annos
computato tempore suo et tempore suorum ascendentium utroque tempo-
re dictorum xxxx. et xxx. annorum, quo casu ad quecumque bene-
ficia et officia quelibet communis et artium dicte Ciuitatis admitti-
queat et recipi inter ciues originarios describi et poni describendo
originis locum ut supra. Et quod super predictis et quolibet pre-
dictorum fieri possit et debeat probatio per quinque testes fide dignos
coram principali collaterali Dni Potestatis et officialibus Armarij qui
pro tempore fuerint. Et huiusmodi probationes describantur per unum
ex notarijs curie Dni Potestatis et unum ex notarijs principalibus
dicti Armarij. Et quod prefatus collateralis non possit nec debeat
nec offitiales Armarij examinationem testium in aliquem uel aliquos
committere quoquo modo: Et si comissio fieret non teneat ipso iure, et
quicquid sequeretur ob id. Et nihilominus quilibet contrafaciens in
aliquo premissorum incidat in penam Dc. libr. den. Si quis autem
contra dictam formam aliquod officium dari seu concedi consuetum,
Ciuibus Perusinis exceptis ambasiatis ad quas possit eligi quilibet
et assumi libere et impune exercere quomodocumque et qualitercumque
acceptauerit uel quomodolibet presumpserit per se uel alium directe
uel indirecte uel quouis colore quesito et ipso iure sit et esse intelligatur

privatus et ipsum privamus ex nunc omnibus et singulis privilegijs et beneficijs civilibus quibuscunque: et quod in civilibus et criminalibus et singulis et quo ad omnia et singula tractetur, et tractetur et tractari debeat ut forensis et perinde ac si in Civitate Perusij nunquam habitasset, Et nihilominus incidat in penam D^c. libr. den. vice qualibet auferendarum per quemlibet officialem communis Perusij, Et officialis exequutionem faciens habeat quartam partem dicte pene. Ex eo quod venerit in comune aliquo non obstante.

Quod nullus forensis qui non fuerit acatastratus et habitaverit post acatastratione per XX. annos quibus dumtaxat exceptis possint habere officium vel exercere. Rub^ca: XLIII.

STATVIMVS quod si quis originaliter forensis reperiretur nunc quomodolibet allibratus inter cives originarios Perusij seu absentatos et quomodocunque descriptus a XXX. annis citra seu infra ipsum tempus quod a die descriptionis et accatastrationis facte quomodolibet inter Cives infra XX. annos seu inde a XX. annos non possit nec debeat quoquo modo habere vel quomodolibet exercere per se vel alium aliquod officium communis Perusij vel XLIIIJ. artium Civitatis Perusij vel alicui eorum nec civitatis Terrarum seu locorum comunis Perusij Suppositorum vel recomendatorum seu recomendandorum imposterum quoquo modo: Et si tale officium acceptaret per se vel alium directe vel indirecte vel quovis colore quesito seu quomodolibet presumpserit exercere ipso iure sit et esse.

et esse intelligatur priuatus omnibus priuilegijs ciuilibus et gratijs et debeat tractari in omnibus ut forensis et incidat in penam et procedat in omnibus et quo ad omnia prout in fine precedentis capituli est expressum. Predicta tamen non uendicent sibi locum in illis qui occasione uel causa consequende ciuilitatis impositam per commune factam pecuniariam quomodolibet persoluisset nec etiam in illis qui priuilegium spetiale habuissent per gratiam a comuni perusij quo quomodo concessum quibus non intelligatur per contenta in precedenti et in infrascriptis capitulis in aliquo derogari sed gaudere possint et debeant ciuilibus priuilegijs quibuscumque iure et secundum exigentiam ordinamentorum quomodolibet editorum hactenus in alicuius fauorem circa consuetudinem huiusmodi Ciuilitatis saluo tamen et reseruato quod spetiale priuilegium seu gratia non intelligatur nec intelligi debeat seu censeri eo quod habitassent seu artem aliquam exercuissent in Ciuitate Perusij per spatium temporis per formam statutorum comunis Perusij de tali materia disponentium propter quod deberent seu possint ciuili priuilegio quomodolibet gaudere uel inter ciues describi, uel quomodolibet allibrari et acatastrari: Et etiam saluo quod possit quilibet in ambasiatore eligi et admitti non obstantibus quibuscumque legibus statutis, ordinamentis uel reformationibus dicti communis uel dicti Armarij in contrarium disponentibus quibus quo ad predicta derogamus expresse aliquo non obstante.

Quod nullus forensis imposterum describendus inter ciues nisi sit registratus in cancellaria ut supra possit aliquo priuilegio ciuilitatis gaudere Rubrica XLIIII.

STATVimus quod in futurum quicunque forensis quomodocumque et qualitercunque describeretur seu accatastraretur in dicto Armario inter originarios ciues uel absentatos si in registro existente in cancellaria comunis perusij de quo supra fit mentio, non fuerit descriptus et registratus quod nulla ratione uel causa possit gaudere aliquo beneficio uel priuilegio Ciuilitatis seu artis in aliquo quoquo modo et perinde haberi debeat et censeri acsi in dicto armario descriptus non esset. Si quis autem forensis describeret in dicto Armario impostrum et fidem fecerit per scripturam. Si quis autem forensis describeret in dicto Armario publicam manu unius ex notarijs principalibus dicti armarij continentem nomen et pronomen et locum originis et tempus talis descripti, quod cancellarius habita tali fide possit teneatur et debeat talem describere in tali registro cum tempore accatastrationis de eo facte in dicto Armario, et quod in precedentibus capitulis est expressum, quicunque forensis post accatastrationem habitauerit in ciuitate Perusij per uigennium post habitationem trigennalem quod debeat ciuilibus beneficijs et offitijs gaudere ut latissime superius est expressum. Declaramus quod post lapsum dictorum uiginti annorum à die descriptionis antedicte inter ciues possit et debeat de dicto catastro cassari per dictum cancellarium ad petentis instantiam et sic debeat imperpetuum obseruari aliquo non obstante.

Declaratio qui sint Ciues originarij:
R. ca: XLV

Cum:

CVM in multis Capitulis Statutorum Editorum ut supra fca
fuerit mentio de originarijs ciuibus perusinis et de comitaten-
sibus et forensibus ad remouendum omnem dubitationem circa
reputationem et existentiam originariorum Ciuium Perusinorum.
Statuimus et ordinamus quod omnes et singuli Comitatenses qui fu-
issent a decem annis sup̄ allibrati et descripti seu acatastrati quo-
modocunq; et qualitercunq; in Armario dicti communis in ciues ori-
ginarios perusinos, ut ciues quod sint et esse debeant et tractari et
reputari et censeri ciues originarij perusini quo ad officia, priuilegia
et beneficia quelibet. Illi uero Comitatenses perusini qui fuissent
descripti seu allibrati inter ciues originarios seu absentatos in lib°
ciuium ut supra in dicto armario a x. annis citra et per ipsum
tempus et probarent secundum formam Statutorum de tali mate-
ria disponentium superius editorum continue stetisse in ciuitate
Perusij per xx. annos seu artem aliquam exercuisse uel notari-
am seu docuisse in aliqua scientia uel facultate per spatium quinde-
cim annorum continue prout in dictis capitulis continetur uel quod
soluerit aliquam impositam factam per cōmune Perusij occasione
consequende ciuilitatis sint et esse debeant ex nunc ciues origi-
narij perusini et tractari describi et reputari debeant in omnibus
et singulis et quo ad omnia et singula queq; pro ciuibus origina-
rijs perusinis, forenses uero qui iam sunt xxx. anni et abinde
ante fuissent quomodocunq; in dicto Armario descripti seu allibra-
ti inter ciues originarios perusinos seu absentatos in libro ciuium
ut Ciues sint et esse debeant ciues originarij perusini et pro origi-
(narijs

24v

ciuibus perusinis in omnibus et singulis et quo ad omnia et singu-
la beneficia officia et priuilegia tractari debeant et describi. Et idem
declaramus in omnibus et singulis forensibus qui quocumque tempore
usque in presentem diem soluissent aliquam impositam seu taliam comuni
Perusij pro ipsa ciuilitate consequenda uel ciuilitatem habuissent
ex aliquo priuilegio speciali preter quam priuilegium habitationis uel
exercitia alicuius quadraginta quattuor artium concessam per for-
mam statutorum comunis Perusij, in quibus casibus eorum priuile-
gia et ciuilitates immaculata seruentur et pro originarijs ciuibus
habeantur quo ad omnia et singula nisi in eorum priuilegijs esset
aliquid specialiter exceptuatum. Illi uero forenses qui a xxx. annis
ultra seu per ipsum tempus fuissent in dicto Armario inter ciues
originarios seu absentatos in libro ciuium ut ciues quomodocumque
descripti seu allibrati sint et esse et haberi debeant pro originarijs
ciuibus perusinis preter quam quod uacare debeant per xx. annos
a die descriptionis seu accatastrationis de eis facte inter ciues seu
absentatos seu in libro ciuium ut ciuium uel absentatorum a quolibet
offitio communis Perusij ac etiam quadraginta quattuor artium dicte
Ciuitatis Perusij et a quolibet alio offiçio ciuitatum, Terrarum et
locorum comuni Perusij recommissorum et subditorum et recomen-
datorum et submittendorum imposterum, Elapso uero dicto termine
uigennali uacationis possint et debeant haberi et reputari et sint et
esse intelligantur Originarij ciues perusini et gaudere omnibus bene-
fitijs et officijs prout et quemadmodum gaudere possunt et gaudent
Ciues originarij Perusini. Et etiam post dictum tempus xx.
: annorum:

Hoc non correctum ut patet in addit. que in statu: Rubrica 139.

armorum cassari debeant per cancellarium communis Perusij de registro nouiter faciendo de forensibus seu debentibus uacare ab officijs et ponendo in cancellaria cōmunis Perusij de quo registro latius habetur in capitulo supradicto condito quod incipit ad hoc ut error imposterum etc. A:

In statuto uolumine primo rubrica 139 extat additio

De focularibus mortuis et absentatis. Rubrica capitulum XLVI

3 vol. 6. rub. 9

CUM plerumque contingat quod homines et persone allibrati et allibrate in libris castrorum et uillarum comitatus Perusij moriuntur nullis relictis heredibus nec extantibus bonis contra quos uel super quibus Sindicus uel Vniuersitas unde sint et unde allibrati sunt huiusmodi morientes ualeant habere regressum pro oneribus persoluendis, cum etiam multi homines et persone recedant et se absentent de castris et uillis in quibus sunt et apparent allibrati tamquam pauperes et anihilati et tamquam propter banna in quibus ponuntur frequenter quam etiam ex uarijs causis quas hic foret difficillimum declarare nec etiam conueniens quod Vniuersitas et homines uniuersitatis cum quibus apparent et sunt allibrati huiusmodi mortui et absentati, ut dictum est pro eorum focularibus et libris grauentur pro aliquibus oneribus et factionibus realibus et personalibus subeundis. Idcirco uolentes adhibere in predictis remedia opportuna, Statuimus et ordinamus quod officiales Armarij librorum cōmunis perusij qui pro tempore erunt uel alter eorum possint teneantur et debeant sub pena .C. librarum denariorum pro quolibet ad petitionem sindici cuiuscumque Castri uel Ville Comitatus Perusij

habentes ad hoc speciale mandatum omnia et singula focularia mor-
tua et absentata de Ciuitate et comitatu Perusij ut dictum est cum om-
nibus eorum bonis tollere cassare et eleuare de libro libre et catastri
talis uniuersitatis in quo apparerent scripta talia focularia statim
facta dictis officialibus Armarij fide de predictis per tres testes fide
dignos et de eadem uniuersitate adimere et diminuere de summa
summarum libre talis uniuersitatis usque ad concurrentem quantita-
tem libre catastri talium focularium mortuorum uel absentatorum.
Et predicta locum habeant et habere intelligantur in presentibus
et futuris aliquo generali uel speciali in contrarium loquente non
obstante. Statuimus etiam quod ad petitionem cuiuscumque qui sua
putauerit interesse possint et debeant cassari et cancellari focula-
ria et nomina et pronomina et libram et catastrum allibratorum in
Ciuitate mortuorum uel absentatorum facta prius descriptione bo-
norum in suo catastro repertorum possidentibus precedente fide sum-
maria de predictis coram dictis officialibus armarij.

De bonis que possidentur extra comitatum perusij. Rubrica: XLVII.

De hoc est aliud capit. in statutis. lib.° ij.° Rubrica 68.ª

ITEM statuimus ordinamus et reformamus quod omnes et sin-
guli Ciues et Comitatenses perusini qui aliqua bona stabilia pos-
siderent extra comitatum et districtum Perusij non teneantur nec
debeant soluere pro ipsis bonis aliquas datas collectas uel alias
factiones imponendas per commune Perusij si pro ipsis bonis in

Ciuita.

Ciuitate Castro uel loco in cuius territorio et districtu sita sunt talia bona factiones soluerint. Dummodo clare et plene probent se alibi factiones soluere et onera supportare pro bonis predictis. Et nullus officialis comunis Perusij Ciuis uel forensis possit audeat, uel presumat aliquem ciuem uel comitatensem pro ipsis bonis facta sibi probatione de solutione predicta quam alibi pro ipsis bonis faceret ad soluendum aliquas factiones in Ciuitate Perusij cogere grauare, inquietare uel molestare realiter uel personaliter sub pena. C. libr. den. pro uice qualibet qua contrafecerint auferenda non obstante quod talia bona reperiantur scripta in catastro talis ciuis uel comitatensis Perusij, nec aliquo alio quod in contrarium loqueretur.

De electione et officio cuiusdam boni hominis super scripturis armarij reuidendis et de dicto armario extrahendis. R. ca. XLVIII.

ITEM quia Armarium Communis Perusij et loca ipsius Armarij sunt multis libris et inutilibus scripturis multipliciter occupata, intantum quod loca ibidem pro reponendis et conseruandis scripturis utilibus que in dicto Armario continue remittuntur sufficientia non existunt, Ideo statuimus et ordinamus quod Domini Priores Artium Ciuitatis Perusij, possint teneantur et debeant eligere et deputare unum bonum et expertum Ciuem Perusinum qui una cum officialibus armarij librorum communis uideat, prouideat et examinet scripturas et libros inutiles in Armario existentes que iam sunt

quinquaginta anni uel ultra ex quo fuerunt in dicto Armario pre-
sentate et remisse que ad presens nullatenus requirunt, et possint
teneantur et debeant ipsas Scripturas et libros, prout ei et dictis
officialibus armarij uidebitur alia loca ipsius armarij restringe(n)do
reducere et scorsum ponere, itaque nouis et superuenientibus detur locus
ne ipsas Scripturas et libros possint de dicto armario extrahere et
extrahi facere uel alium locum deferre seu alibi reponere aliquo
no(n) obstante.

De summis su(m)maru(m) Catastri uniuersitatu(m) fiendis per officiales armarij. Ru(bri)ca XLIX.

ITEM quod offitiales predicti uinculo iuramenti et ad penam ce(n)-
tum librarum den(ariorum) pro quolibet eorum teneantur facere summam
summarum in catastro reducendo quodlibet miliare ad minutu(m)
ad centinarium. Et quando in catastro alicuius comitatensis auge-
retur uel minueretur, augeatur uel minuatur summa su(m)maru(m)
secundum diminutionem uel augumentum librorum singularium
personarum. Et quod Notarij deputati uel deputandi predicta scri-
bere et facere teneantur ad mandatum dictorum officialium sub
dicta pena a contrafaciente quolibet auferenda.

Quod maior Sindicus non habeat aliqua(m) cognitionem de questionibus catastri. Ru(bri)ca: L.

supra Rub. 36
35

INsuper uolumus quod maior Sindicus, Judex Justitie et da(m)noru(m)
datoru(m)

datorum uel aliquis alius officialis forensis comunis Perusij non possit nec audeat uel presumat se intromittere uel cognoscere nec aliquā cognitionem uel iurisdictionem habere per uiam appellationis uel quocunq; modo super aliqua petitione uel questione pertinente ad officium catastri et officiales catastri Armarij comunis Perusij mota uel mouenda porrecta uel porrigenda, Sed omnis cognitio et iurisdictio dicto Dnō maiori sindico et alijs officialibus forensibus quo ad predicta pro tempore futuro in causis et questionibus mouendis intelligatur et sit adempta uigore presentis Statuti pena dicto maiori Sindico et cuilibet alij officiali forensi se immiscenti uel cognoscenti seu procedenti contra dictam formam. V.c libr. den. in qua pena per eorum sindicatores ex officio sindicatorum uel ad petitionem cuiuscumq; debeant summarie et de facto condenari, Et quicquid secus factum fuerit uel fieret non ualeat nec teneat ullo modo sed sit et esse intelligatur nullius efficacie uel ualoris.

nullus off.lis habeat iuris dictionem pertinentia ad off. catrasti uia app uel quolibet modo, poena 500 librarum

Quod allibrati in catastro alicuius uniuersitatis teneatur contribuer̄ ad oīa onera occurrētia tali uniuersitati nō obstātib9 aliquib9 pactis. Rꝫ ca. LI.

STATVImus et ordinamus quod quicunq; fuerit scriptus positus uel accatastratus in libro libre et catastri alicuius castri uel uille comitatus Perusij inter homines et personas siue cum hominibus et personis talis castri uel uille teneatur et debeat

Soluere facere et contribuere una cum hominibus et personis talis castri uel uille in quo uel qua allibratus fuerit datas et collectas et alia omnia et singula onera realia subire et portare teneatur et debeat pro quantitate sue libre, prout et sicut alij allibrati in dicto catastro uel uilla et non aliter uel alio modo, non obstantibus aliquibus pactis initijs et celebratis inter aliquem uel aliquos de uniuersitate castri uel uille uel aliquibus laudis arbitramentis sententijs latis per quoscunque iudices uel arbitros uel aliquibus cuiuscunque continentie et tenoris uel aliquibus statutis uel ordinamentis uel prouisionibus etiam per uerba derogatoria loquentibus que omnia quo ad predicta ipso iure uolumus non ualere. Et quod tales arbitri ut dictum est ad petitionem sindici talis castri uel uille uel alterius cuiuscunque petentis cogi possint et debeant per potestatem et Capitaneum et quemlibet alium officialem communis Perusij ad soluendum et faciendum datas et collectas et factiones et alia onera supradicta pena cuilibet officiali requisito si negligens fuerit in predictis Vc. libr. den. tempore sui sindicatus per suos sindicatores auferenda quoties contrafecerit pro communi perusij aliquibus generalibus uel specialibus in contrarium loquentibus non obstantibus. Volumus tamen quod quicunque comitatinus comitatus Perusij qui recessit de dicto comitatu ab anno retro a die banimenti presentorum statutorum computando ipsi uel eorum descendentes redierint ad habitandum in ipso comitatu Perusij non possint nec debeant grauari uel molestari pro aliquo datio uel collecta foculari imposito uel imponendo per commune Perusij nec aliquod

datium

datium uel collectam uel focularē imponenda uel imponendum-
pro uniuerſitatē caſtri uel ville ubi uenirent ad habitandum uſq;
ad decem annos, et per dictum tempus decem annorum compu-
tandorum a die dicte reuerſionis in dictum comitatum teneantur
tamen et cogi poſſint ad cuſtodiam caſtrorum ſicut et quemad-
modum alij comitatini, Et hec intelligantur etiam et locum ha-
beant in forenſibus qui uenirent ad habitandum in dicto comita-
tu Peruſij, Et quod predicti comitatini uel forenſes non poſſint
nec debeant pro aliquo debito priuato uel ſingularis perſone
iam contracto, moleſtari uel grauari nec capi uel areſtari in-
are uel perſona uſq; in tempus quinq; annorū ut ſupra com-
putandorum. ^ in ſtatuto sub rub. 145 uol. p° extat additio

Infraſcripte ſunt additiones facte ſub millio .cccc.xv. manu S. Mariani Lucce tē notarij dnōr priorū.

Additio ſtatuti de facientibus eleuari libram in fraudem cōis. R. ca: LII

ITEM Statuimus et ordinamus et ſtatuendo et ordinando
addimus et ſubiungimus ſtatuto primi libri, sub R. ca. de
facientibus sibi leuari libram in fraudem cōmunis &c. in fi- c. 122
ne capituli hoc modo Vz quod quilibet ualeat eſſe accuſator 1° uol. rub 563
et habeat quartam partem pene et quartam habeat officia-
lis exequutionem faciens et medietas pene et poſſeſſiones tote

deueniant in comune etiam quod Poteſtas et Capitaneus uel alij officialis forenſis comunis Peruſij incidat in penam quingentarum libr. den. si negligens foret ad exequutionem dicte pene faciendam ad inſtantiam cuiuscunque petentis, Et nihilominus sindici comitatus Peruſij debeat pro predictis contrafacientibus inueſtigare et illos denunciare cuilibet officiali communis Peruſij sicut tenentur denunciare alia maleficia, et quod quilibet faciens sibi aptari et reponi in ſuo cataſtro libram fraudatam infra tempus duorum menſium a die bannimenti faciendi de preſenti ſtatuto non teneatur ad dictam penam: Et si aliqua partium infra dictum tempus fraudem manifeſtaret similiter ad dictam penam non teneatur] et quod quilibet comitatenſis, qui aliquam poſſeſſionem emerit aut emeret in futurum ab aliquo Ciue seu illam quomodolibet acquiſiuiſſet seu acquireret in futurum debeat illam infra tempus ſupradictum ſcribi et poni fecisse in ſuo cataſtro ſub dicta pena. s. lib. 200. et amissione xij ut s. R.ca xvj.

Quod quilibet Comitatenſis debeat allibrari ubi habitat. R.ca: LIII.

Respice hoc in statuto uol. p°. rub: 564

5ª. Rub. 4. fol. 1.

ITEM Ad remouendum uarietates que inter comitatenſes plerunque oriuntur occaſione habitationis et reſidentie, quam non habent ubi ſunt allibrati et accataſtrati, Statuimus et ordinamus quod omnes et ſinguli comitatenſes comitatus Peruſij teneantur et debeant infra tempus duorum Menſium a die

:notificati:

notificati statuti computandorum se allibrari et acatastrari facere in locis ubi familiariter habitant et pro maiori tempore residentiam faciunt pena quinquaginta librarum denariorum cuilibet contrafacienti et predicta infra dictum tempus non servanti, Et de predictis quilibet valeat esse accusator et habeat quartam partem pene et quarta pars sit officialis executionem facientis, et medietas veniat in communi.

De modo retinendo per offitiales armarij et eorum notarios principales circa eorum officium exercendum. R[ubrica] ca: LIIII.

ITEM volentes modum salubrem et ordinem dare officialibus Armarij librorum communis Perusij et eorum Notarijs, Statuimus et ordinamus quod officiales et Notarij principales ipsius Armarij debeant sindicari de gestis in eorum officio, et quod finito eorum officio nil possint scribere in libris dicti Armarij, et quod fiat unus liber in armario supradicto expensis dictorum notariorum in cartis pecudinis, in quo effectualiter dicti notarij principales teneantur scribere et notare de tempore in tempus instrumenta que sunt importantie et maxime efficatie Videlicet:

Hec R[ubrica] est et in libro statutorum civitatis Perusii libro primo R[ubrica] 561a

Cassationes quarumcumque condemnationum.

Cassationes focul ariorum.

Allibrationes forensium seu Comitatensium allibrandorum de novo inter cives seu absentatos.

Cassationes quorumcumque bonorum per abluvionem et impetum aquarum:-

Cassationes et positiones estimationum, pensionum seu rerum que pensionat'
estimari debeant secundum formam statutorum de tali materia loqn-
tium. Qui liber deposito offitio infra tres dies restitui debeat per ip-
sos notarios in cancellaria communis ad hoc ut super et dicti Nota-
rij debeant sindicari. Et quod claues ipsius Armarij debeant resti-
tui successoribus in presentia cancellarij eo ipso quo deponent officiu.
Et quod Cancellarius uideat illas consignari subcessoribus sub pena
quingentarum libr. den. quoties contra facerent aliquis ipsorum offi-
cialium et Notariorum in aliquo predictorum seu infrascriptoru.
Item quod in dicto Armario non possit nec debeat modo aliquo seu
forma allibrari inter ciues originarios Perusinos seu absentatos ali-
quis forensis seu comitatensis sine deliberatione dictorum Priorum
et Camerariorum Artium Ciuitatis Perusij obtento partito ad du-
as partes ipsorum ad describendos inter absentatos: quo ad comitate-
ses uero seu forenses describendos inter ciues obtineri debeat parti-
tum inter ipsos per xxxxv. Camerarios mittentes fabas albas,
pena vc. libr. denariorum pro quolibet contrafaciente et uice
qualibet sub simili pena parti facienti se aliter allibrari, et nihi-
lominus allibratio non ualeat et cassari debeat et pro cassa habe-
atur eo ipso cuius pene medietas sit communis, Quarta officia-
lis executionem facientis, et quarta pars sit Accusatoris: Et in
similem penam incidat officialis si neglexerit executionem facer'
ad petitionem cuiuscunque petentis. Item quod dicti Notarij
principales facta probatione alicuius petitionis super abluuione aq'
non possit facere aliquam cassationem nisi unus ex officialibus
: Et unus:

Infra a fol. 30

Et unus ex dictis Notarijs principalibus personaliter accesserit ad videndum talem abluuionem: Et similiter debeant inuestigare si alicui terrenum accreuerit et ponere et addere cui accreuerit et aliter et alio modo facere non possint. Item quod si per subiectum titulo permutationis et cambij aliqua res fuerit tradita et permutata non subiecto et non allibrato in catastro communis Perusij, de catastro subiecti et accatastrati talis res permutata non debeat eleuari nisi primo res per non subiectum permutata et tradita ponatur et accatastret in catastro subiecti et estimetur et estimari debeat prout in castro subiecti res per eum permutata: qua assignatione et accatastratione et estimatione de catastro talis allibrati res non subiecto permutata debeat eleuari. Et hoc locum habeat in preteritis, presentibus et futuris: Item quod Notarij principales Armarij non debeant aliquo quesito colore, describere uel ponere aliquam rem in catastro alicuius nisi primo habita cedula uel scripta contractus siue instrumenti emptionis si appareret et si diceret ac iuraret habere non posse dictam cedulam uel contractus emptionis factus non fuisset et probaret legitime per testes: et per proprium iuramentum de pretio dicte emptionis tunc in eo casu dicta res possit et debeat poni et allibrari in suo catastro, de alijs uero titulis sufficiat probatio proprij iuramenti et de iuramento fieri debeat mentio in positione ipsius rei: Et si pretium excederet estimationem ponatur secundum pretium, Et si estimatio excederet pretium ponatur secundum estimationem ita quod semper maior quantitas ponatur et allibretur pro utilitate communis non obstante statuto loquente quod poni debeat et possit sine recl(ditione).

De hoc est etiam statutum R. ca. 27 a libro primo in addit.

Hoc idem replicatur in R. ca. 33 a.

rationis ponente quod statutum ex nunc habeatur pro casso. Et ne in predictis dolus aut fraus aliquis committatur: statuimus quod si ullo unquam tempore appareret aliquem in premissis uel aliquo ipsorum deerrasse aut dolum uel fraudem comisisse incidat et incidisse intelligatur ultra penam iuris V.c lib. den. camere Massariorum, communis Perusij soluendarum: etc.

Ordinamenta facta per dnos Priores et Camerarios sub M.CCCCXLIX. manu Ser Angeli:

IN PRIMIS Ad refrenandum Quod Officiales Armarij et eorum Notarij principales non audeant infuturum aliquem describere inter ciues originarios uel absentatos in armario librorum cois Perusij, Iccirco exhibitis consilijs etc. Prouiderunt Statuerunt ordinauerunt et reformauerunt Quod Notarij principales armiarij nullo modo uel quesito colore possint describere inter ciues originarios uel absentatos aliquem uel alicui libram facere inter ciues uel absentatos predictos, etiam si habitauerint in Ciuitate per quodcunque tempus ipse uel pater eius uel alius ascendens uel etiam si libram non haberet, et etiam si non fuerint in Ciuitate, nisi cum deliberatione Dominorum Priorum et Camerariorum obtento partito per trigintaquinque fabas albas del sic: Et hoc non intelligatur in illis Ciuibus, Quorum pater uel Auus uel alius Ascendens per lineam masculinam habuerit ullo unquam tempore libram uel fuerit descriptus:

Add. Stat. p.o vol. Rub. 561.

criptus inter ciues originarios uel absentatos, qui tales Ciues possint describi per dictos Notarios Seruantes tamen Statuta dicti Armarij pena dictis Notarijs contrafacientibus centum librarum denariorum eisdem de facto auferendarum.

Item prefati Notarij principales Armarij: qui pro tempore erunt possint teneantur et debeant inuestigare, et inquisitionem facere de omnibus et singulis in Ciuitate et Comitatu Perusij habitantibus qui haberent aliqua bona et eorum et cuiuslibet eorum catastro, et licet dicta bona in dicto catastro descripta sint, tamen dicta huiusmodi bona quilibet de per se tenet et possidet seu teneret et possideret tamquam bona inter eos diuisa et partita: Et predicta cedant in fraudem communis Perusij et diminutionem introitus dicti comunis quibus uelint obuiare exhibitis consilijs et facto posito et misso partito etc. Prouiderunt Statuerunt ordinauerunt et reformauerunt, et prouidendo, Statuendo, ordinando et reformando decreuerunt. Quod Notarij principales Armarij, qui pro tempore erunt, possint teneantur et debeant cogere seu cogi facere realiter et personaliter omnes et singulos Ciues et Comitatenses in Ciuitate et Comitatu habitantes. Qui tenerent haberent et possiderent aliqua bona per ipsos possessa et que ad eos pertinerent, tam ex causa diuisionis facte seu faciende cum quibuscumque. Et Catastrum et libra et foculare fiat de per se cuicumque talia bona tam ex dictis de causis quam ex alijs quibuscumque de causis ad huiusmodi pertinentibus, Itaque unusquisque de per se possidens faciat de per se catastrum, libram et foculare: Et predicta omnia trahant se ad preterita presentia et futura. Mandantes omnibus et singulis

Officialibus tam de Ciuitate quam de Comitatu Perusij, Quatenus ad omnem petitionem et requisitionem prefatorum notariorum pro tempore existentium sub pena et ad penam quingentarum librarum denariorum eisdem et cuilibet eorum de facto auferendarum tempore eorum sindicatus teneantur et debeant cogere et cogi facere realiter et personaliter omnes et singulos libram non habentes ad faciendum libram, catastrum et foculare pro bonis sibi pertinentibus et etiam omnes et singulos habentes libram et catastrum et foculare in unum uel insimul uel diuisim habitarent, et bona de per se quilibet teneret et possideret et huiusmodi bona et fructus in communionem non ponerent, Quibuscumque in contrarium disponentibus non obstantibus.

Vide ibi fol. 43

ITEM Statuerunt et ordinauerunt etc. quod deinceps nullus comitatinus uel qui descriptus appareret in Comitatu Perusij possit assumi ad Ciuilitatis beneficium, nec describi inter Ciues originarios nec inter Ciues absentatos dicte Ciuitatis ex quacumque lege, arbitrio et potestate condenda seu in futurum attribuenda per formam quorumcumque Statutorum et ordinamentorum communis Perusij etiam si obtineret per Dominos Priores et Camerarios per triginta quinque fabas Secundum formam dictorum Statutorum nisi primo et ante omnia ille talis recipiendus per continuos duodecim annos solueret: et continuo durante dicto tempore xij. annorum soluit Camere conseruatorum monete dicti Communis pro dicto communi recipere omnes et singulas datas et collectas imponendas, et que durante dicto tempore xij. annorum imponerentur tam ordinarias quam extraordinarias per commune Perusij, tam pro libra quam ipse talis ciuis effectus haberet in comitatu:

in comitatu quam etiam pro libra quam facerent in Ciuitate inter Ciues
Mandantes Officialibus Armarij librorum Communis Perusij et eorum
Notarijs principalibus quatenus sub pena et ad penam X.c libr.
denariorum. pro quolibet contrafaciente eis de facto auferenda ad peti-
tionem cuiuscunque petentis, et nullo modo possint uel ualeant directe
uel indirecte aliquem allibrare nec inter ciues describere contra
uel preter dictam formam: Et insuper uoluerunt et mandauerunt
quod dictus talis seu dicti tales qui efficerentur ciues ut supra nullo
modo durante dicto tempore Xij. annorum possit seu possint in
eius seu eorum catastro ponere et describere seu poni et describi fa-
cere aliqua bona in eius catastro, que reperirentur esse descripta
seu accatastrata in catastro alicuius comitatensis Perusini: Et si
secus facerent Videlicet: non soluendo dicto tempore durante Xij. annorum
et etiam describi faciente bona in suo catastro contra formam pre-
sentis ordinamenti: tunc et eo casu priuetur et priuari debeat et
priuatus esse censeatur ipso facto de Ciuilitate predicta, aliqui-
bus in contrarium disponentibus non obstantibus, quibus omnibus
derogauerunt expresse etc.

Ordinamenta facta per Dominos Priores et Came- rarios de anno .14.52. manu Ser Saluij:-

CVM Ad aures et notitiam prelibatorum Magnificorum: Dominorum Prio-
rum et Camerariorum fidedignorum relatu peruenerint, ortam esse
quandam abusiuam et pessimam consuetudinem, Quod aliqui ciues

Perusinos per concessionem Mag.cor. Dnor. Priorum et Camerariorum pro tempore existentium assumpti, et talis beneficij erga dictum cōmune prorsus ingrati cessant se scribi et registrari facere in armario dicti cōmunis: et libram sibi debitam ex forma Statutorum poni facere quousq; ad id necessario non coguntur, ne interim onera publica pro bonis suis, aut libra mortua simul cum alijs ciuibus subeant, Et hoc cognoscat esse et sit sume damnosum introitibus dicti Communis, et nequaquam ferendum, sed salubri remedio, de preterito et futuro prouidendum. Iccirco prefati Mag.ci Dni Priores et Camerarij circa augumentationem subsidij dicti communis cum uigilantia pro posse intendentes: et premissis salubre remedium apponere cupientes, in dicto loco collegialiter existentes &c. hac re proposita &c. die vz precedenti inter dictos Mag.cos Dnos Priores et obtempto per omnes &c. et hodie inter dictos Camerarios et obtempto per xxxxxvij. camera. restituentes in bussulā eorum fabas albas del sic &c. ex omnibus arbitrijs &c. et omni meliori modo &c.

STATVERVNT, prouiderunt, ordinauerunt et reformauerunt et statuendo, ordinando et prouidendo reformauerunt &c. ex nunc authoritate presentis legis et prouisionis, omnes et singuli qui infra xx. annos proxime preteritos ad Ciuilitatis Beneficium quomodolibet assumpti fuerunt, teneantur et debeant infra duos menses a die presentis prouisionis uel eius bannimenti proxime computandos, se registrari fecisse et allibrari in Armario communis predicti et sibi libram poni et describi fecisse:

fecisse sibi debitam permissam et congruam ex forma statutorum dicti
Communis si hoc hactenus non fecerunt: Et ad hoc imposterum
et dictis duobus mensibus durantibus per officiales seu notarios prin-
cipales dicti Armarij uel alterum eorum et alios quoscunque officiales
Ciuitatis et Comitatus Perusij ad ipsorum officium seu notariorum
principalium Armarij uel alterius eorum petitionem et requisitionem
cogi, constringi et grauari possint et debeant realiter et personaliter
prout et sicut eisdem Officialibus et notarijs uidebitur, omnibus
iuris et facti remedijs opportunis. Et nihilominus quicunque infra
dictos duos menses se ut describi non fecerit et registrari, intelligatur
ipso facto et sit absque alia declaratione inde fienda, a dicta ciuilitate
priuatus, amotus, et cassus, nec ea ulterius uti quoquo modo debeat
uel gaudere presumat. Addendo quod deinceps omnes et si-
guli in Ciues dicte Ciuitatis creandi et ad dictam Ciuitatem et beneficium
eius assumendi hoc idem facere et obseruare teneantur infra
dictum tempus a die ciuilitatis obtente computandum, sub pena su-
perius expressa. Saluis tamen et illesis remanentibus semper alijs
statutis, ordinationibus et reformationibus dicti communis loquen-
tibus quod bona de comitatu poni non possint infra certum tempus in
libra ciuium quibus per hec nullatenus preiudicetur. Mandantes
ex nunc omnibus et singulis officialibus etc.

Nota quod Ciues creandi debent infra duos menses se describi facere in armario

Ordinamentum factum per dominos Priores et Camerarios de anno .1453. manu Ser Hyeronimi de roncho Cancellarij :~

Pro iudicis Allibrandis a acceptanti

CONSILIO Magnificorum Dominorum Priorum et Camerariorum Artium Civitatis Perusij, de licentia, consensu et voluntate R.di in xpo Pris et Domini Dni P. Dei et apostolice sedis gra Episcopi Brixiensis Perusij etc. Pro sancta Romana Ecclesia et sanctissimo Dno Nro Papa dignissimi Gubernatoris, de mandato etc. Mag.ci Militis et eximij legum Doctoris Domini Johannis de battigellis de papia hon. Potestatis Civitatis et Comitatus Perusij et de mandato prefatorum Mag.corum Dominorum Priorum in Audientia ante Capellam palatij et residentie ipsorum Mag.corum Dominorum Priorum secundum formam Statuti et ordinamentj Communis Perusij ad Sonum Campane vocemque preconis primo Sono tubarum in sufficienti numero more solito legitime convocato congregato et coadunato, In quo quidem consilio interfuerunt Novem Dni Priores presentes et in concordia, et Camerarij numero xxxxxv. Considerantes quod sit utile oportunum et necessarium vacare solerter circa conservationem et augumentum interituum publicorum sine quibus respublica stare non potest. Et quam sit debitum iustum et condecens, Ut omnes Judei qui habitant familiariter in Civitate, Comitatu et districtu Perusij habeant libram et Catastrum pro bonis que possident, et si nulla bona possident habeant libram mortuam, Vz libras xxv. ad grossam, et pro illa subsint oneribus communis ne sint inter Christianos melioris conditionis ipsis Christianis, cum debeant esse longe deteriores. Igitur hac re inter eos proposita et matura deliberatione discussa, exhibitisque consilijs et facto

partito:

posito misso inter eos partito per scrutinium secretum ad fabas ni-
gras et albas et bussolā secundum formam statuti et ordinamenti
dicti cōmunis et solemniter obtento die vz precedenti inter ipsos do-
minos Priores nouem numero presentes et in concordia, et restituētes
in bussolam eorum fabas albas del sic, nulla faba nigra in contra-
rium reperta. Et hodie inter dcos dnos Camerarios solemniter
obtento per xxxxx Camerarios mittentes et restituentes in bus-
solam eorum fabas albas pro sic. Non obstante quinque fabis nigris
in contrarium repertis. Et omnibus arbitrijs Authoritatibus
potestatibus et balijs eisdem Mag.cis Dominis et Camerarijs Artiū
coniunctim et diuisim quomodolibet concessis et attributis secūdum
formam quorumcunque statutorum reformationum et ordinamētorum
dicti Communis Perusij: et omnibus melioribus, modo, uia, iu-
re, causa et forma, quibus magis melius et efficacius fieri po-
tuit. Prouiderunt, ordinauerunt, reformauerunt et statuerūt
quod ab hodie imposterum perpetuo Notarij principales Armarij
communis Perusij presentes et qui pro tempore erunt habeant et ha-
bere intelligantur plenum arbitrium et authoritatem et facultatem
uigore presentis reformationis cogendi coartandi, ac omnibus opor-
tunis remedijs compellendi omnes et singulos iudeos habitantes
familiariter in Ciuitate Comitatu uel districtu Perusij non allibratos
neque accatastratos in ipsa Ciuitate uel eius comitatu aut districtu
ad faciendum sibi fieri libram et catastrum pro bonis immobilibus
que tunc possiderent in Ciuitate, Comitatu uel districtu preme-
moratis, ac tales iudeos habitantes non allibratos neque accatastratos

allibrare describere et registrare et accatastrare possint et debeant
in libris Armarij et inter alios in dicto Armario allibratos pro
merito bonorum immobilium que possidebunt. Et casu quo nullum
bonum immobile ubi supra possiderent possint et debeant tales
non possidentes allibrare et accatastrare in libris dicti Arma-
rij in libr. xxv. denar. ad grossam si in Civitate habita-
bunt. Et si in comitatu vel etiam districtu habitabunt in libr.
quinque ad grossam pro libra mortua quemadmodum allibrari
debent et solent alij Cives et habitatores Civitatis et comitatus
predictorum: Et pro tali libra teneantur et debeant ipsi iudei
allibrandi ferre et solvere subsidium onera et factiones dicti co-
munis, ut alij cives et habitatores. Mandantes omnibus et sin-
gulis Officialibus dicti Communis presentibus et futuris. Qua-
tenus ad omnem requisitionem dictorum notariorum et cuius-
libet eorundem prebeant eis omne auxilium et favorem in exe-
cutione predictorum sub pena florenorum quinquaginta cuili-
bet facere recusanti vel negligenti, non obstantibus quibuscumque
Statutis, reformationibus, Capitulis et ordinationibus in con-
trarium quomodolibet facientibus. quibus ex tunc pro de-
rogato esse et haberi voluerunt. etc.

Breve cõfirmationis Nicolai. P P. V. Super premisso ordinamento: -

DILECTI filij salutem et apostolicam benedictionem: Nuper

ex parte.

ex parte uestra coram nobis expositum fuit et humiliter supplicatum ut cum proximis diebus per uos et Camerarios dicte Ciuitatis ac in comuni uestro edita fuerit quedam lex seu reformatio super solutione libre mortue fiende per hebreos, prout et quemadmodum Christiani illic cohabitantes nec bona ulla stabilia possidentes facere tenentur et debent, robur apostolice sedis adijcere dignaremur. Ne igitur dicti hebrei in nostris et ecclesie terris maiori prerogatiua potiri uideantur, quam ipsi christiani dictam legem seu reformationem quam presentibus haberi uolumus pro inserta et expressa, et ad quam nos referimus in omnibus et per omnia prout iacet et sub quibusuis uerbis comprehendatur auctoritate nostra confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes etiam omnem defectum si quis in ea interuenisset: et sic mandamus inuiolabiliter obseruari, Non obstantibus consuetudinibus Capitulis priuilegijs aut concessionibus dictis Judeis hactenus concessis, et alijs in contrarium forsitan facientibus quibuscunque. Datum Rome apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, Die viij. Maij. M.cccc.Liij. Pontificatus nostri Anno septimo.

Particula Bullæ de cõseruatione sacculi generalis:

Pro Monte pietatis et hospitali

INSVPER ad reprimenda Mallefitia et damna data et pro conseruatione domus hospitalis misericordie et presidij montis subuentionis pauperum dicte Ciuitatis, concedimus et

uobis indulgemus pro Monte et hospitale predictis quod de omni gratia et remissione deinceps facienda per Legatos uel Gubernatores dicte Ciuitatis pro tempore existentes de condemnationibus mallefíciorum aut dānorum datorum debeant per partem solui den. quattuor pro qualibet libra quantitatis remisse in manibus Depositarij dicti Montis anteq̃ condemnatio cassetur, que pecunia diuidatur inter hospitale et montem predictum pro necessitatibus et pijs usibus eorum: Et Notarius alias cassans cōdemnationem, non habita politia solutionis dictorum quattuor denā. pro libra ipse de proprio in dictis locis de quadruplo teneatur et de facto ad ipsum soluendum per quemlibet officialem compellatur:-

Decretū R.di D. L. Patriarchæ Antiochēsis.

Pro Cassatione quarundam criminalium

LAVRENTIUS Patriarcha Antiochensis. Perusię etc. cum potestate Legati de latere Gubernator, omnibus ad quos spectabit presentes nostras literas lecturis et audituris salutem et mandatorum obedientiam. Habentes notitiam quod tam de Ciuitate Perusię quam de eius comitatu sunt plures criminaliter condemnati tam in ere quam in persona, qui etiam authoritate S.mi D. PP. ad condemnationum suarum gratiam et remissionem admissi certam pecuniarū summam iuxta compositionē per eos cum Camera factam realiter persoluerunt, et tamen condemnationes eorum de libris in quibus sunt scripte casse et abolite minime fuerunt: Unde sequatur oportet, ut ipsi condemnati

Et ad:

et ad gratiam et remissionem ut premittitur admissi aut eiiciantur
extra Ciuitatem et Comitatum quod iniquum et crudele uidetur,
ut solutis eorum pecunijs gratia eis facta remaneant fraudati
iusteque eis prestetur causa querelandi aut quod malum et perniciosū
extra Ciuitatem eorum condemnationibus non abolitis per ciuitatē
et Comitatū impune et libere conuersentur, perinde ac si banniti
nō appararerent et hoc potissimum dicitur causari ex eo quod
non ualentes hospitali et Monti pauperum satisfacere de gratia eis
debita quattuor denariorum pro qualibet libra quantitatis re-
misse ut eorum condemnationes cassentur ab Ijs ad quos spectat
obtinere non ualent. Nos huiusmodi incōmodis et inconuenien-
tibus debitum remedium adhibere uolentes et tamen honestis mo-
ribus ac tranquillo statui Ciuitatis consulere quàm iuste quere-
le causam pro uiribus amputare, presentium tenore decernimus ac
declaramus ut donec per S.mum D. N. super talibus supplicationibus
aliter prouisum extiterit, quaecunque condemnationes criminales tam
admissae hactenus quàm admittendae ad aliquam gratiam seu com-
positionem solutis denarijs quattuor hospitali et monti predictis pro
qualibet libra quantitatis Camere persolute de quibuscunque libris
penitus cassari et aboleri debeant, et ita per Notarios Armarij
et alios ad quos spectat, mandamus inuiolabiliter obseruari,
in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Datum
Perusie die xxij. Nouembris. M. D CCCC. Lxxxij.

Decretum Patriarchæ Anthio: Super exeptione Colonum Clusij Perusini:- factum Die XV. Martij. M. CCCCLXXXIII:-

LAVRENTIVS Zani de Venetijs Dei et apostolicę sedis gratia Patriarcha Anthiochius Perusiæ &c. Guber. Cum potestate Legati de latere, Pro melioratione, conseruation Augumentatione et fructificatione Clusij Perusini et ad utilitatem et commodum hominum et incolarum dicti castri et Clusij predicti et Camere Apcę: Perusinæ hoc presenti nrõ Decreto perpetuis temporibus ualituro declaramus constituimus et decernimus quòd in futurum non possit aliquis poni et describi in dicto castº Castellionis et Villis existentibus in dicto Clusio et inter aliós allibratos in dicto Clusio cum aliquibus suis bonis subiectis per officiales et notarios Armarij librorum communis Perusiæ nisi fuerint approbati per sindicum et tres Massarios dicti castri Castellionis, una etiam cum sindico et duobus Massarijs illius uille in qua poni et describi petierit, quòd dicti ponendi et describendi mereantur eandem exemptionem et aliter nec alio modo non ponantur pena Notarijs Armarij contrafacientibus priuationis officij et xxv. florenorum que approbatio et testificatio per supradictos sindicos et Massarios fieri debeat coram Conseruatoribus monetę Camerę Perusinę manu Notarij dictorum Cõseruatorum: qui Notarius pro eius scriptura et rogitu non possit aliquid accipere pro dicta testificatione et approbatione ut supra.

Etc:

Pro [illegible] [illegible] fol. 58. [illegible]

Et pro eisdem exemptis vide.

[illegible]

1400. fol 40.
1408 fol. 5
1413 fol. .. 22 [illegible]
1513. fol. 3. 35. 37. 51.
1515 fol. 132. 134.

Reg. [illegible] Bullar. 98. 117. 184.

Scripsit et in fauorem [illegible] [illegible] manu scriptum.

Et ipsis approbatis facta fide per dictum Notarium Conservatorum dci Notarij Principales possint et debeant ipsos sic approbatos ponere et describere in dictis Villis in quibus petierint cum eorum bonis, tam subiectis quam non subiectis, Dummodo ipsi intrantes de nouo eo mo quo sup non possint ponere nec describere nec poni nec describi facere in eorum catastris bona subiecta quae ascendant ultra sumam quadraginta librarum ad grossam de libris Armarij: et debeant laborare ad minus quolibet Anno corbas quattuor Terreni in dicto Clusio in quibus seminant grana. Forenses uero qui uenerint familiariter ad habitandum et laborandum in dicto Clusio uidelicet ats in armario librorum communis Perusiae non allibrati gaudeant supradictis exemptionibus et immunitatibus dumodo pro bonis acquirendis subiectis non gaudeant nisi usque ad dictam sumam quadraginta librarum ad grossam ut sup.

ITEM quod supradicti Sindici et Massarij dicti Castri et Villaru sub uinculo iuramenti de mense Maij teneantur denunciare omnes et singulos fraudantes et qui non habitabunt cum maiori parte suae familiae in supradictis uillis et locis et talis denuncia fiat corã Conservatoribus supradictis qui repertos inobseruantes grauent et cogant ad soluendum omne eius debitum dicto Communi Perusij pro eo anno et tempore quo non obseruabunt et stetur relationi et iuramento supradictorum Sindicorum et Massariorum: Et si dicti Sindici et Massarij fuerint negligentes in tali denũciatione puniantur pena ∞. ducatorum: que pena pro dimidia applicetur Camere perusine et pro alia medietate dictis Conseruatoribus:

Qui Conservatores etiam habeant quartam partem omnium pecuniarum quas fecerint cum effectu de fraudibus predictis uenire in Communi: Et similiter dicti Sindici Massarij teneantur denunciare dictis conseruatoribus omnes obseruantes et habitantes in scriptis:

ITEM quod omnes habitantes in dicto clusio et habentes et gaudentes dicta exemptione teneantur et debeant prestare operas pro rata hominibus dicti castri Castellionis pro reparatione tantum et munimine dicti castri, et dare unum custodem pro quolibet foculare tempore guerre et suspitionis, qui pro rata temporis et sua die deputata faciant custodiam in dicto castro alias et alio modo incidant in penam libr. ∞. et potestas loci Teneatur ponere alium custodem sumptibus dictorum contrafacientium:.

ITEM quod Sindicus et potestas dicti castri singulis annis de Mense Maij congregare omnes habitantes et laborantes in dicto Clusio et eos cogere ad stirpandum et incidendum siluas et nemora in Valle saxi siue in eius pendit(i)js ad tuitionem passus uiarum undique per dictam uallem prouenientium ad tollendum depredationes et robbarias que ibi solent fieri, Et quicumque fuerit inobediens requisitioni et precepto facto per dictum potestatem et Sindicum puniatur pena ∞. librarum Dena. Qua pena soluta uel non omnimodo teneantur ad dictas operas et medietas dicte pene sit officialis exequentis et alia Camere perusine: et super dictus Potestas et Sindicus si fuerit negligentes puniantur pena ∞. ducatorum et priuationis sala-

(rij:

rij & ita ordinamus, constituimus et decernimus :~

Declaratio facta per Dnos Priores ſuper exceptione laboratorum Cluſij :~ [illegible]

IN Nomine Domini Amen, Anno Dni. M. D. xv. Indictione ter-
tia, Tempore sanctissimi in Christo Pris et Domini Nri Domini
Leonis diuina prouidentia Pape Decimi et die Jouis decimanona
Mensis aprilis actum Peruſij in Palatio M. D. Priorum artium Ciui-
tatis Peruſij in Audientia ante Cameram Capitis officij, ſolitæ re-
ſidentię prefatorum M. D. Priorum, presentibus prouidis discretisq;
uiris ser Ventura Jacobi de Perusia porte ſolis Cancellario com-
munis Peruſij, et ſer Hyeronimo Thomæ Dni Marci de Peru-
ſia porte heburnee Teſtibus ad hec uocatis habitis et rogatis etc.

EXISTENTES personaliter constituti coram M. D. P.
Ciuitatis perusie existentes in Audientia ante Cameram capitis
officij eorum ſolite residentie dictis Teſtibus et me notario infra-
ſcripto excell. V. Jur. Doc. Dominus Vincentius Herculanus :
et Dnus Bernardinus de gregorijs : et prudentes ac circumſpecti
Viri Ferratius Mariocti de ferazzolis de perusia porte heburnee
et Laurentius Angeli als de la Camilla de perusia porte sancti
Petri ciues Perusini et homines electi a M. D. P. artium Ciuita-
tis Perusie precessoribus prefatorum M. D. P. uice et nomine Ma-
gnifici communis Peruſij, ex una : et ab hominibus exemptis

Clusij Perusini ex alia parte constare dixerunt manu ser Jo-
annis Antonij Alexij de Perusia publici notarij et tunc temporis
notarij Mag. dnor. Prior. in et super exemptione olim data
et concessa dictis hominibus Clusij: Vz nunquid prefati homines
Clusij gaudere et potiri debeant immunitatibus et exemptioni-
bus circa solutionem subsidiorum et aliorum grauaminū imposito-
rum et imponendorum per Mag^cum: Commune Perusij, et alijs
immunitatibus de quibus in exemptione dicti Clusij, uolentes fa-
cere relationem et repertum circa predictis et declarare eorū
intentionem: et quid eis uisum fuerit coram prefatis M. D. P.
dictis Testibus et me notario infrascripto, dixerunt pro-
tulerunt et declarauerunt prout in folio subscripto manu
prefati Domini Vincentij et sotiorum cuius quidem folij Te-
nor de uerbo ad uerbum talis est Vz: Veduta la cosa pro-
dutta per la parte della Communita de Perogia, et ma-
xime uno statuto o, decreto facto nel mille quattrocento
ad supplicatione delli homini di castiglione chiuscino et
uno altro statuto fatto nel M. CCCC. Lxxxxij. o uero
nel M. CCCC. Lxxxxiij. In lo quale infra laltre cose
si fa mentione d'uno statuto fatto nel Mille quattrocēto
cinquanta tre et uedute le ragioni produtti per li ascitti esse-
ti del chiusi, massime una sententia data nel M.
CCCC. Lxxxiij. per lo patriarcha Venetiano allhora
Gouernatore di Perosia dela quale non trouaimo etiam
per la parte del cōmuno de Perugia essere stato appellato

la par.

ce pare chel beneficio della exemptione quanto al pagare del
fuoco per esso Communo sij derogia si habbia a fare boni per
quelli che appaiano essere delli descritti in detta sententia
et di loro descendenti secondo in ditta sententia si dice: et
ancho quelli si trouassero scritti nel catrasto del chiusci,
per essempti innanti detta sententia et non essere stati delli
cassi de detto Catrasto delli quali si fa mentione in det-
ta sententia che non deggano godere: Quali scritti in det-
ta sententia che debbiano godere la exemptione et quelli
scritti in detto Catasto, et mai di esso cassi prima di essa
sententia, si pare deggano godere la exemptione hauendo
hauendo li preditti obseruato et obseruando quello che so-
no obligati et questo quanto alli beni haueuano al tēpo
di detta sententia quali beni non trascendano la somā
de libre quaranta alla grossa ma delli beni dopo detta
sententia aquistati, quali erano paganti non debbiano go-
dere detta essemptione quanto al detto pagamento del fo-
co excetto li beni acquistati dopo la detta sententia
non fossero acquistati. per quelli hauessoro alienati delli
loro beni exempti a persone che pagassero che fino alla
detta somma alienata non trascendente detta somma
de quaranta che debbiano essere exempti delli beni
che haussero acquistati dalli altri ultra li descripti in
detta sententia et ultra detti scritti et non cassi de detto
Catrasto del Chiusci ināti detta sñtia et loro descēdēti exēpti

come di sopra, Quelli altri pretendano essere exempti non tro-
uano fondamento niuno che debbiano essere essempti del pa-
gamento del fuoco da farse al comuno di Perogia attento dit-
te essemptioni mostrano: non sono a loro concesse da esso comu-
no di Perogia excepto li habitanti in castiglione del Laco
li quali hanno essemptione dal detto comuno di Perogia
quale essentione a essi habitanti in castiglione ci pare esso
Comuno li habbia ad osseruare, come in essa essentione si
contiene in tutto et per tutto.

Et Ego Vincentius de Herculanis Ce. V. Jur. Doc. et con-
sistorialis aduocatus Dico et confirmo quanto di sop. si con-
tiene essere il mio parere uedute le cose narrate una con
li miei infrascripti Collegh:—

Ordinamentū factum per Dños Priores et Camerarios de anno .1477.

9ª Ciues non seruantes leges.

ITEM successiue attendentes remedijs opportunis cum omni so-
lertia possibili prouidere ut Ciues et illi qui creati fuerunt siue
receptis in Ciues et pro Ciuibus perusinis iam a xxx. annis ci-
tra et per ipsa tempora qui secundum continentiam legis edite
super receptis et creatis ipsorum Ciuium non seruauerunt ea
que in ipsa lege continentur in omnibus et per omnia sicut in illa
continetur non gaudeant Ciuium numero aggregari nec inter
Ciues dicte Ciuitatis permanere; Ea propter, dicti M. D. P.
: et Came;

Et Camerarij seruatis seruandis et factis propositis et exhibi-
tis consilijs ac misso solemni partito secundum formam dictorum
statutorum et solemniter obtento secundum formam dictorum
statutorum per xxxviij. ex eis mittentibus et restituentibus in
bussolam eorum fabas albas del sic, septem nigris in contrarium
repertis non obstantibus ex omnibus eorum arbitriis auctoritate etc. et
omni meliori modo etc. statuerunt, ordinauerunt et reforma-
uerunt ac decreuerunt quod omnes et singuli illi qui recepti
fuerunt et admissi inter Ciues et pro Ciuibus iam a xxx.
annis citra, et pro ipsa tempora usque nunc per magistratus dic-
te Ciuitatis et reipublice Perusine qui non seruauerunt omnia
et singula contenta in lege siue legibus ordinamentis seu re-
formationibus de tempore in tempus editis et factis, et secun-
dum quam uel quas ipsi uel alter ipsorum receptus uel re-
cepti fuerunt secundum quod in ipsa lege seu legibus ex-
pressum erat et continebatur sint et esse intelligantur ex
nunc cassi ab ipsorum Ciuilitate et immunitate ac gratia
eis et cuiuslibet eorum concessa per dictos Magistratus con-
iunctim uel diuisim, et ex nunc ipsos et quemlibet eorum pro
cassis et cancellatis haberi uoluerunt omni meliori modo
etc. in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque qui-
bus expresse derogauerunt etc. prout patet manu mei no-
tarij infrascripti in Camera Communis. etc.

Decretum Rev.mi D.ni Ioannis Baptistæ de Sabellis:

Circa divisiones familiarum cum habeat penam excommunicationis

IOANNES BAPTISTA de Sabellis etc. Perusie: Ducatus Spoleti etc. S. D. N. PP. Vicarius Generalis informati nuper quod ex fraudibus que homini quotidie crescente malitia in libra Communis multifariam comittuntur subsidium seu focolare communis, magis, ac magis extenuatur, Ita ut nisi salubri occurratur remedio brevi tempore ipsum subsidium in quo conservando vires ac nervi Reipub.ce: consistunt, aut nullum omnino aut parvum admodum remanebit. Unde Civitati et Reipub.ce perusine ultimum fere excidium manifeste impendere previdemus, Ideo volentes huic damno et incommodo obviam ire et conservationi atque utilitati Reipub.ce: salubriter consulere, hoc presenti nostro Decreto, quod vim perpetue legis volumus obtinere. Statuimus et ordinamus quod omnes et singuli tam cives quam Comitatini civitatis Perusine viventes in communi et postea venientes ad divisionem bonorum communium sub pena excommunicationis debeant etiam infra sex menses libram quoque dividere et ipsam libram et catastrum de per se fieri facere, ita ut quilibet habeat catastrum suum prout disponitur statuto Civitatis predicte alioquin elapso dicto termino, Unus pro altero teneatur et astringi possit ad solutionem dicte libre voluntate illius qui super illa esset allocatus, vel alterius habentis ius a Commune.

: Et Ita:

Circa Divisiones facien.

Et ita sub eadem excommunicationis pena mandamus cancellis Conseruatorum ac Massariorum et depositarijs communis qui pro tempore fuerint: ut retentiones facere debeant pro dictis libram non diuidentibus, qui essent ad aliquod officium publicati, uel uni pro altero usque ad integram satisfactionem. Illi insuper qui in fraudem et damnum communis relicta parte suorum bonorum in libra ueteri: De reliqua parte nouam libram sibi poni faciunt: allegantes se plus non possidere nisi infra triduum uerum possessorem bonorum relictorum in libra ueteri, assignauerunt pro tota dicta libra ueteri: soluere teneantur et astringi debeant. Et similiter mariti pro bonis uxorum teneantur, et ita sub censura simili, tum depositarij quam cancelli predicti retentiones facere debeant. Decernimus preterea quod omnes illi qui hactenus emissent uel emerent in futurum aliquas possessiones uel bona ab aliquo loco pio et exempto debeant dicta bona in catastro et libra sua describi facere iuxta formam statuti sub eadem excommunicationis pena. Similem quoque censuram incurrat quicunque Comitatinus aliquid de bonis communis et similiter ciuis ille aut rector illius loci suis descriptum retineret in catastro alicuius ciuis uel alicuius loci pij in fraudem communis, et similiter ciuis ille aut rector illius loci pij, qui ~~qui~~ illud in sua libra descriptum malitiose retineret, nisi infra sex menses a data presentium computandos in libra illius talis comitatini repositum et descriptum fuerit: Et similem censuram incurrant notarij Armarij nisi

9a ad describendum in cat. bona

